Systema helminthum



Physiologisches Institut.

SYSTEMA

HELMINTHUM.

AUCTORE

CAROLO MAURITIO DIESING,

MED. DOCT., MUS. CAES. PALAT. VINDOB. A CUSTODIIS ADJUNCTO PRIMO; ACAD. SCIENT. CAES. VINDOB. MEMBRO ORDIN.; SOC. MEDICAE VINDOB. MEMBRO HONORARIO; ACADEM. LEOPOLD. N. C.; SOC. NATURAE CURIOS. AC MEDICORUM HALLENSIS, DRESDEN., FRIBURG., GOTTING. ALIARUMQUE PL. SODALI.

VOL. I.

SUMPTIBUS ACADEMIAE CAESAREAE SCIENTIARUM.

VINDOBONAE, 1850.

APUD WILHELMUM BRAUMÜLLER
BIBLIOPOLAM C. R. AULICUM ET ACADEMIAE CAES. SCIENTIARUM.

Mit den Irrthümern der Zeit ist schwer sich abzufinden: widerstrebt man ihnen, so steht man allein, lässt man sich davon befangen, so hat man auch weder Ehre noch Freude davon.

Goethe zur Morphologie II. I. Heft. 122.

EXCELLENTISSIMO

DOMINO DOMINO

CAROLO ERNESTO DE BAER,

ACADEMICO NEC NON CONSILIARIO STATUS ORDINARIO, PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORI, BIBLIOTHECAE ACADEMICAE DIRECTORI, IN ACADEMIA MEDICO-CHIRURGICA PETROPOLITANA PROFESSORI, COMPLURIUM ACADEMIARUM ET SOCIETATUM DOCTARUM SODALI ETC. ETC.

VIRO

DE REBUS ET LITERIS, QUAE NATURAM SPECTANT,

MERITISSIMO

D. D. DIESING.

EXCELLENTISSIME!

Quaecumque scriptis abs Te in lucem hucusque emissis ad cognitionem animalculorum infimi ordinis promovendam effecisti, ea ego continua cura diligentiaque et mente et animo, quam poteram maxime, prosequi studebam. Cujus studii fructum, en plenis Tibi mergitibus redditurus enixe Te rogo, ut, quae est inter literarum scientiarumque cultores communitas et conjunctio, eum Tibi utpote summae

meae in Te admirationis et observantiae specimen offerre mihi liceat. Tua cognosces, quae in hocce meo bona justaque fuerunt; quos forte offenderis errores, benigne habebis pro acere paleaque, cui removendae manus non deerunt.

PRAEFATIO.

Quo ex tempore „Historia et Synopsis Entozoorum“ auctore Rudolphio in lucem prodierat, ejus ipsius animantium classis tot genera totque species secundis inde studiis licuit investigare atque expromere, ut ad singula quaeque oculis perlustranda vires aegre valerent, utque nemo non, qui eis in rebus studia ponere solebat, magis magisque desiderare coeperit librum, quo antiquitus cognita aeque ac recens detecta amplexus totius rei perspiciendae justam copiam adipisceretur. Praeterea quum solertior anatomiae comparativae cultura de Entozoorum interiore structura simul nova in dies patefaceret, quantum id quidem commodi adtulerit eorundem animalculorum naturam perscrutaturis, propterea quod eorum cum Infusoriis, Planariis et Annelidis affinitatem et cognationem confirmatam haberent, nemo certe est, quin videat. Quo fit, ut, quicumque artem nostram profitentur, integro de Helminthibus opere et justo simul ordine disposito diutius nequeant carere. Quod autem opus, quamvis diligenter et secundum rei ipsius naturam justo modo sit concinnatum, tantum tamen abest, ut solis Endoparasitarum, ut dicunt, finibus continea-

tur, ut omnes etiam ordines iis finitimos complectatur atque omnino sui juris faciat, quaecumque ad ea veluti ad unam eandemque classem eamque solito accuratius expressam pertinere videantur.

Ad librum itaque tantae molis capacem multa erant colligenda magnaque supellex instruenda opusque fuit multorum ingeniis virorum, qui singuli singulis Avertebratorum speciebus intentam mentem haberent. Copiosissima id genus materia tum antiquitus tum vero recens congesta nunc quidem superest; sed post clarissimi demum Ehrenbergi lucubrationes, quas lumen scientiae nostrae nec non exemplar dixerim, de infusoriis animalculis omninoque de sublimioribus eorum ordinibus partibusque institutas, rei tam difficilis digerendae consilium cogitari potuisse videbatur. Quam ob causam equidem, quae in me erat in materiis comportandis seponendisque vel diligentia, vel in disquirendis cognoscendisque assiduitas, quamquam non sine magna animi sollicitudine, et continuis amicorum cohortationibus impulsus, Helminthum systema condere, totiusque classis synopsin conficere enisus sum librumque ita instructum, ut nostrae aetatis usui sufficiat, in lucem emittere constitui. Quantum quidem hac in re tum eruditis tum literis ipsis profecerim, id dijudicare non est meum, sed eorum, qui iisdem in studiis una mecum versantur; horum ego judicium, quamvis severum, ne modo sit iniquum, tranquillo animo praestolor; quamquam permulta fore, quae in hocce tentamento meo perspicax aliquis lector desideraverit, seu rei universae, seu singularum ejus partium ratione habita, nemo satius in-

tellexerit, quam egomet ipse. Tot enim tantasque, quibus redundat, lacunas explevisse, non est profecto unius, sed multorum, qui unitis viribus et conjunctis inter se studiis relictas a prioribus partes supplebunt. Attamen scientiae nostrae aliquantulum inserviisse mihi videor, ea omnia, quae hactenus innotuere, sub unum sistens conspectum, ut habeant, quo artis meae socii utantur, quo tirones adjuti ingentem rerum nostrarum copiam solito citius perlustrent et animo et cogitatione complectantur, tum qua se singula habeant ratione, quae in hoc zoologiae genere ad nostros usque dies praestiterint eruditi, quaeve in posterum sint praestanda, aperte queant perspicere.

Quod attinet ad operis mei materiam et dispositionem, pauca sunt quae moneam. Quum enim alia omnia praetermittenda mihi esse viderentur, nisi quae systematicum conspectum generum specierumque una cum tabulis literariis Helminthum praebeant, ne, benevole lector, eorundem quoque exspectaveris et anatomiam et genesin et fusiorem singularum specierum descriptionem et vel minima quaeque consectantem, quod nec provinciae meae putabam et compendii certe fines egrederetur; tum exstant libri compendiarii non pauci, qui apparatum vel iconibus illustratum suppeditant specierum hucusque cognitarum; recens autem detectas et ordine dispositas in Scientiarum Academiae, quae est Vindobonae, commentariis supplementi loco pertractare ac typis mandare in animo est.

Partem deinde horum animalculorum anatomico-physiologicam diligentius inspecturi prae ceteris adeant „Sie-

boldi et Stannii institutiones, quas ediderunt de anatomia comparativa Avertebratorum; *) historiae vero literariae studiosi monumenta consulant literaria ad cujusvis speciei calcem addita et omnibus, quantum quidem fieri potuit, numeris obsoluta. Tum, ne in fine operis auctorum singulorum nomina commemorentur eorumque scripta siglis significata, simulque ut habeant tirones, quod consulerent, in auctorum scriptis citandis alia, quam solet fieri, eaque ampliore ratione utendum mihi esse constitui.

Ordines vero, nec non genera et species describens terminis jamjam receptis constanter usus sum, et, quoties opus videbatur, significationem quoque, quam dicam, concretam adjeci et per parentheses seposui. Denique, quae animalcula vetustatem ferunt et asservari patiuntur, quaeque oculis ipsis inspicere et accuratius cognoscere mihi licuit, in locorum, in quibus inveniuntur, indice, tum adposito nomine meo tum, si quidem ex re fore putabam, siglis M. C. V. (Mus. Caes. Vindobonense) diligenter significavi.

In colligendis scriptis, quae eam ipsam rem pertractant et in lucem prodierunt, probo atque impigro sane studio ductus, nisi paucissima eaque minoris fere momenti non praetermisisse quamquam mihi videor, fieri tamen potuit, ut biennio modo elapso, propterea quod publicae discordiae et interna discidia solertissimi cujusque animum maxime agitavere literarumque commercium miserandum in modum haesitabat, unum alterumve memet

---

*) *Siebold's* und *Stannius*, Lehrbuch der vergleichenden Anatomie der wirbellosen Thiere. I. Theil des Gesammtwerkes.

aut fugerit aut saltem latuerit. Cujus rei negligentiam, si qua acciderit, auctores, ad quos pertinet, ne vitio mihi vertant, eosque enixe rogatos velim, ut scriptorum a me forte praetermissorum benigne me commonefaciant, quae ad cujusque voluminis calcem in appendice separato addere constituerim. *)

Operis hujus materiam, quae quam sit rite pertractare difficilis, nemo non viderit artis nostrae peritior, per tria aeque volumina ita digerere constitui, ut volumen quidem primum, quod nunc in lucem prodiit, Achaethelmintha mollia contineat, utque subsequens Achaethelmintha elastica, tertium denique Chethelmintha comprehendat, addito insuper conspectu systematico omnium animantium, in quibus Helminthes sive ut Endoparasitae sive ut Ektoparasitae adparent, nec non indice specierum et synonymorum locupletissimo. Generum autem et specierum tabula commodiori prioris et posterioris voluminis usui sufficiat.

Quodsi hocce meo opere studiis et doctrinae aliquantum profecerim imprimisque tirones ad acrius cognoscenda ejus generis animalcula impulerim: majores profecto gratias merebatur Caesarea Scientiarum Academia Vindobonensis, quae eo ipso abhinc biennio, quo nihil

---

*) Ea modo scribenti adfertur amici maxime colendi C. Th. de Siebold dissertatio omnibus numeris absoluta, eo de genere, quod nominatur Gyrodactylus (in diario Zoologiae sublimiori destinato, tom. I. 1849); at quod admodum doleo, ea parte operis, quae eadem de re agit, typis jamjam expressa. Etsi ex ejus auctoritate pauca quaedam immutavisse praestiterit, est tamen, quod in plerisque illum mecum consensisse laetus fatear.

firmi in orbe terrarum videbatur, quo tantae ubique ruinae minitabantur et ipsae quoque gentes, posthabitis sublimioribus literis et studiis antiqua perversum ibant novumque rerum ordinem moliebantur, hunc meum longi laboris fructum secundis curis tueri decreverit ac suo aere in lucem emiserit. Ex cujus rei successu utinam majorem percipiat fructum, quam ex mea utpote sincerrima gratiarum significatione, quam nisi verbis exhibere haud queo.

Restat, ut sanctissimo satisfacturus officio Vobis amicis, quos nominem dilectissimos, sive vivis sive mortuis pro facilitate Vestra ac liberalitate in communicandis mecum tot per annos observationibus, quae ad rem meam magnopere faciebant, maximas quas possim, gratias referam. Imprimis animo graviter affecto memini praestantissime Bremsere, Tui, qui Te magistrum modo, semper amicissimum mihi praebuisti ad extremum usque vitae diem. Quanto tum dolore recordor Endlicheri nostri, viri ingenio praestantis, amici scientiae vinculo mecum intime juncti, qui mihi auctor exstitit ac princeps ad opus hoc suscipiendum, qui re et consilio laborantem me adjuvare numquam defatigatus est. Quibus denique verbis animum exhibeam gratissimum Tibi, optime Fenzli, amicorum amicissime, cujus ego nuperrima infirmitate fractus promptissimo subsidio jucundus perfruebar, qui operis mei typographicas partes curans molestissima quaeque in corrigendis literis parato animo subiisti et quod majus, errores hinc et inde obvios pro Tua eruditione sedulo emendasti. Utinam Tu, acerbissima modo perpessus divina gratia merita receperis ma-

jora, quam equidem pro virium mearum imbecillitate verbis, non re conferre in Te unquam potero.

Itaque hic liber publicam ingrediatur viam nostri aevi aeque ac posteri judicia praestolaturus. Quodsi quisque bona, quae in eo sunt, servare, errores, si quos offenderit, cautus emendare, quaeve desideraverit, docte addere studuerit, fructum sane verum sincerumque literae nostrae percepturae sunt, auctorque sub finem vitae laeto animo fateri poterit, non frustra studiorum suorum annos esse elapsos.

Vindobonae Idibus Martiis 1849.

C. M. DIESING.

CONSPECTUS ORDINUM HELMINTHUM.

HELMINTHA.

Infusoria utplurima. — Radiata nonnulla. — Entozoa et Annulata omnia.

Animalia evertebrata, inarticulata (i. e. extremitatibus articulatis nullis praedita), nunc mollia aut elastica, ebranchiata, setis retractilibus nullis (Achaethelmintha); nunc mollia, ebranchiata v. branchiis externis munita, setis retractilibus instructa (Chaethelmintha).

SUBCLASSIS I. ACHAETHELMINTHA.

Corpus setis retractilibus haud instructum, molle aut elasticum.

SECTIO I. ACHAETHELMINTHA mollia.

Corpus molle, utplurimum depressum.

I. ORDO. PROTHEMINTHA. Tractus cibarius uvaeformis. Acetabulum nullum. — Microscopica. Aquarum incolae, rarius endoparasita.

II. ORDO. TURBELLARIEA. Tractus cibarius dendriticeramosus v. simplex. Acetabulum nullum, rarissime unicum. — Grandiuscula, imo gigantea. Aquarum incolae, nunquam endoparasita.

III. ORDO. MYZELMINTHA. Tractus cibarius bifurcatus v. simplex. Acetabulum unum v. plura, rarius nullum, utplurimum corpori immersa. — Endo- aut ectoparasita v. libere vagantia.

IV. ORDO. CEPHALOCOTYLEA. Tractus cibarius subnullus bifurcatus v. simplex. Acetabula v. bothria 1, 2, 4 v. 8 capiti immersa. — Omnia endoparasita.

SECTIO II. ACHAETHELMINTHA elastica.

Corpus elasticum cavum, utriculare v. subcylindricum.

V. ORDO. RHYNGODEA. Tractus cibarius subnullus aut simplex. Corpus utplurimum utriculare. Caput seu proboscis protractilis. — Endoparasita v. maricola.

VI. ORDO. NEMATOIDEA. Tractus cibarius simplex. Corpus subcylindricum. Caput in proboscidem haud protractile. — Endoparasita, tandem rarius extus libere vagantia.

SUBCLASSIS II. CHAETHELMINTHA.

Corpus setis retractilibus instructum, molle.

SUBCLASSIS I.

ACHAETHELMINTHA.

SECTIO I. ACHAETHELMINTHA MOLLIA.

ORDO I. PROTHELMINTHA D.

Infusoria *Ehrenberg* exclusis Closterineis, Bacillarieis, Amobacis, Arcellineis, Vorticellineis, Ophridineis et Rotatoriis [1]).

Animalcula solitaria aut composita, libera aut fixa. Corpus molle, planum, depressiusculum aut subglobosum, nudum aut *ciliis* (pilis vibrantibus cum basi bulbosa continuis v. articulatis), *setis* (pilis rigidis haud retractilibus, nec vibrantibus, subulatis aut capitatis), *stylis* (setis rigidioribus rectis, basi nunquam bulbosis nec articulatis) aut *uncinis* (setis crassis apice uncinatis in basi bulbosa mobilibus) armatum, loricatum aut lorica destitutum. — Tractus cibarius racemoso-ramosus, ramis apice bulloso-inflatis uvaeformibus (ventriculis *Ehrenberg.)*, coecus (Aprocta, s. Anentera *Ehrenberg.)*, aut

---

[1]) Dispositio systematica familiarum excludendarum adhuc dubia. Closterineas et Bacillarieas cum Spongieis jungendas crederem; spongiarum aciculas non solidas sed canali longitudinali utraque extremitate aperto instructas in *Spongilla lacustri* praeprimis, nec non et in aliis *spongieis* observavi, ita ut *spongiam* pro acicularum Synoecesio (polyparium auctorum) haberem. Vorticellineas et Ophridineas Bryozois, Arcellineas et Amoebaeas fortassis Foraminiferis adjungendas esse censerem. — Rotatoriae omni jure jam prius a celeb. Burmeister (in Handbuch der Naturgeschichte Zool. II. Abth. 547 — 550. Pseudocephala) Crustaceis adnumeratae. Fusius exposita res in: Sitzungsberichten der kaiserl. Akademie der Wissenschaft. V. Heft p. 17—20, 29—31 et 92—93.

Inter adversarios de structura interna, exceptis locis variis citatis confer: Siebold: in Lehrbuch d. vergleichenden Anatomie I 7—25. (Infusorien.) — Inter refutatores: Eckhard in Erichson's Arch. für Naturgeschichte 1846. 209—235. Tab. VII. et VIII.

ano stipatus (Proctucha, s. Enterodela *Ehrenberg*). *Os* superum aut terminale, edentatum aut dentium corona interna circumvallatum. — *Flagellum* (proboscis *Ehrenberg*. filum longum pone os) unicum aut plura, retractilia, vibrantia (in utplurimis aproctis) aut nullum (in proctuchis). — *Ocellus* nullus aut unicus, utplurimum ruber, rarissime niger. — Acetabulum nullum. Organa genitalia mascula nunquam exserta, utriusque sexus in uno individuo (Androgyna). Propagatio utplurimum per divisionem spontaneam, per gemmas, rarius per ovula (vel potius sporulas?) rarissime per vivipartum (Monas vivipara.). Divisione animalculi nunc perfecta individua nunc solitaria v. nonnisi periodice aggregata, nunc imperfecta longitudinali aut transversa in *syntherium* plus minus globosum aut lineare accrescentia. Loricata interdum numerosa, intra loricam communem simplicem aut duplicem *synoecesium* formantia.

Animalcula minima longitudinem $\frac{1}{3}'''$ vix excedentia, utplurimum albida, viridia rarius rubra v. viride et rubro variegata, hyalina aut opaca. Aquarum dulcium et salinarum incolae, nec non in corpore animali vivo obviae, quaedam fossilia. Marinorum nonnulla noctu splendide lucentia. Proctuchae praeprimis Turbellariarum et inter illos Planariarum prototypa.

CONSPECTUS DISPOSITIONIS.

SUBORDO I. APROCTA.

Anus nullus. Flagellum unum aut plura, rarius nullum.

TRIBUS I. ATRICHA.

Corpus nudum i. e. nec ciliis nec setis instructum, haud mutabile aut mutabile.

FAMILIA I. VIBRIONIDEAE. Corpus haud mutabile, lorica destitutum, partitione imperfecta uniseriali, multiplici, transversa, in syntherium filiforme, lineare v. spirale accrescens.

* *Syntherium lineare.*

1. BACTERIUM. Syntherium rigidum.
2. VIBRIO. Syntherium flexuosum.

** *Syntherium spirale aut cochleare.*

3. SPIROCHAETA. Syntherium spirale aut flexuosum.
4. SPIRILLUM. Syntherium spirale, rigidum.
5. SPIRODISCUS. Syntherium cochleam disciformem referens, rigidum.

FAMILIA II. MONADINEAE. Corpus haud mutabile, lorica destitutum, divisione perfecta simplici v. decussatim multiplici.

SUBFAMILIA I. EUMONADINEAE. *Corpus ecaudatum, ocellus nullus.*

* *Os terminale.*

6. MONAS. Animalcula semper solitaria libera. Os natatione anticum.
1. Eumonas. *Flagellum nullum.*
2. Mastichemonas. *Flagellum unum.*

3. Isomita. *Flagella 2 aequalia sursum directa.*
4. Heteromita. *Flagella 2 inaequalia unum sursum, alterum crassius deorsum directum.*
5. Pyramimonas. *Flagella 4 aequalia sursum directa.*
6. Trepanomonas. *Corpus apice bilobum, lobis flagello terminatis.*

7. DOXOCOCCUS. Animalcula semper solitaria libera. Motus contra axim rotatorius.

8. UVELLA. Animalcula demum periodice in acervos consociata.

1. Euuvella. *Flagellum nullum.*
2. Monomastix. *Flagellum unum.*
3. Dimastix. *Flagella 2.*

9. POLYTOMA. Animalcula primitus in acervum consociata, demum solitaria libera.

** *Os obliquum labiatum.*

10. CHILOMONAS. Animalcula solitaria libera periodice consociata.

1. Euchilomonas. *Flagella 2.*
2. Plagiomastix. *Flagellum unum.*

11. ANTHOPHYSA. Animalcula periodice consociata, pedunculo rigido ramoso suffulta.

SUBFAMILIA II. CERCOMONADINEAE. *Corpus caudatum. Ocellus nullus.*

* *Os terminale.*

12. THAUMAS. Animalcula periodice consociata.

13. BODO. Animalcula solitaria, libera.

1. Eubodo. *Flagellum nullum.*
2. Cercomonas. *Flagellum unum.*
3. Amphimonas. *Flagella 2.*

** *Os subobliquum.*

14. TRICHOMONAS. Oris limbus ciliatus.

SUBFAMILIA III. GLENOMOREAE. *Corpus ecaudatum. Ocellus unicus.*

15. GLENOMORUM. Animalcula periodice consociata. Flagella 2.

16. MICROGLENA. Animalcula solitaria. Flagellum unum.

17.? PHACELOMONAS. Animalcula solitaria. Flagella plura.

FAMILIA III. CRYPTOMONADINEAE. Corpus haud mutabile, loricatum, cum lorica simpliciter et perfecte divisum.

SUBFAMILIA I. EUCRYPTOMONADINEAE. *Ocellus nullus.*

18. CRYPTOMONAS. Lorica scutelliformis, laevis. Divisio longitudinalis.

1. Eucryptomonas. *Flagellum unum.*
2. Diplotricha. *Flagella 2 sursum directa. Corpus apice oblique sinuato-truncatum.*
3. Disceraea. *Flagella 2 sursum directa. Corpus apice haud sinuatum.*
4. Anisonema. *Flagella 2, unum sursum, alterum deorsum directum.*

19. OPHIDOMONAS. Lorica tubulosa, laevis. Divisio transversalis.

20. PROROCENTRUM. Lorica apiculo frontali.

21.? OXYRRHIS. Lorica sursum acute conica, apertura transversali pone coni basim. Flagella 4 lateralia.

SUBFAMILIA II. CRYPTOGLENEAE. *Ocellus unus.*

22. LAGENELLA. Lorica urceolata in collum producta.

23. TRACHELOMONAS. Lorica urceolaris.

24. CRYPTOGLENA. Lorica scutellaris.

25. CRUMENULA. Lorica oblique striata.

FAMILIA IV. VOLVOCINEAE. Corpus haud mutabile, loricatum, intra loricam communem integram sponte in proles, synoecesium formantes, rupta demum lorica effusas, divisum.

SUBFAMILIA I. PANDORINEAE. *Ocellus nullus.*

* *Ecaudatae.*

26. GYGES. Lorica communis simplex synoecesium urceolare subglobosum formans. Flagellum nullum.

27. PANDORINA. Lorica communis simplex, synoecesium urceolare subglobosum formans. Flagellum unum.

28. GONIUM. Lorica communis simplex, synoecesium tabulare formans. Flagella duo.

29. SYNCRIPTA. Lorica communis duplex, synoecesium urceolare subglobosum formans. Flagellum unum.

** *Caudatae.*

30. SYNURA. Corpus caudatum, loricae communis basi affixum, synoecesium urceolare formans.

SUBFAMILIA II. EUVOLVOCINEAE. *Ocellus unus.*

* *Divisio spontanea simplex aequalis.*

31. UROGLENA. Corpus caudatum. Flagellum unum.
32. EUDORINA. Corpus eccaudatum. Flagellum unum.
33. CHLAMYDOMONAS. Corpus ecaudatum. Flagella duo.

** *Divisio spontanea multiplex inaequalis.*

34. SPHAEROSIRA. Flagellum nullum.
35. VOLVOX. Flagella duo.

FAMILIA V. DINOBRYNEAE. Corpus mutabile loricatum.

36.? EPIPYXIS. Corpus intra loricam haud acrescentem sessile. Ocellus nullus.
37. DINOBRYON. Corpus loricae gemmificatione in synoecesium fruticulosum accrescens. Ocellus ruber.

FAMILIA VI. COLACIEAE. Corpus mutabile lorica destitutum. Animalcula in pedicello simplici v. ramoso sessilia.

38. COLACIUM. Ocellus nullus.

FAMILIA VII. ASTASIEAE. Corpus mutabile lorica destitutum. Animalcula solitaria libera.

SUBFAMILIA I. EUASTASIEAE. *Ocellus nullus.*

39. PERANEMA. Corpus ecaudatum. Flagellum unum aut duo.
1. Euperanema. *Flagellum unum.*
2. Zygoselmis. *Flagella duo sursum directa.*
3. Heteronema. *Flagella duo, unum sursum, alterum deorsum directum.*

40. ASTASIA. Corpus caudatum. Flagellum unum.

SUBFAMILIA II. EUGLENEAE. *Ocellus unus.*

41. AMBLYOPHIS. Corpus ecaudatum. Flagellum unum.
42. EUGLENA. Corpus caudatum. Flagellum unum.

43. CHLOROGONIUM. Corpus caudatum. Flagella duo.
44. POLYSELMIS. Corpus ecaudatum. Flagella quatuor.

TRIBUS II. TRICHOPHORAE.

Corpus ciliis aut setis instructum, haud mutabile.

FAMILIA VIII. CYCLIDINEAE. Corpus haud loricatum. Flagellum nullum. Ocellus nullus.

45. CYCLIDIUM. Corpus depressum margine ciliatum.
46. PANTOTRICHUM. Corpus turgidum undique ciliatum.
47. CHAETOMONAS. Corpus turgidum setosum.

FAMILIA IX. CHLAMYDOCYCLIDINEAE. Corpus loricatum, lorica silicea. Flagellum nullum aut unum.

Ocellus nullus aut unus.

48. CHAETOTYPHLA. Lorica hispida v. rigide pilosa. Flagellum nullum. Ocellus nullus.
49. CHAETOGLENA. Lorica hispida v. rigide pilosa. Flagellum unum. Ocellus unus.

FAMILIA X. PERIDINEAE. Corpus loricatum, lorica membranacea, sulco hiante ciliato transverso, quandoque simul longitudinali insignita, bi-aut tripartita. Flagellum unum. Ocellus nullus aut unus.

50. PERIDINIUM. Lorica cornuta aut ecornuta, sulco transverso. Flagellum e sulco protractum. Ocellus nullus.
51. GLENODINIUM. Lorica ecornuta, sulco transverso. Flagellum e sulco protractum. Ocellus unus.
52. HETERAULACUS. Lorica ecornuta, ecaudata aut brevicaudata, sulco transverso ac longitudinali. Flagellum e sulco longitudinali protractum.
53. CERATOPHORUS. Lorica cornuta, sulco transverso. Flagellum e poro loricae protractum.

SUBORDO II. PROCTUCHA.

Tractus intestinalis ano stipatus. Flagellum nullum.

TRIBUS I. EDENTATA.

Os dentium corona interna destitutum.

SUBTRIBUS I. ENANTIOTRETA.

Oris et ani aperturae terminales in diametro longitudinali oppositae.

FAMILIA I. ENCHELYDEAE. Corpus haud loricatum.

* *Corpus nudum aut ciliatum.*

54. ENCHELYS. Corpus nudum simplex. Os recte truncatum.

55. DISOMA. Corpus nudum bipartitum (duplex). Os recte truncatum.

56. TRICHODA. Corpus nudum collo nullo. Os oblique truncatum.

57. LACRYMARIA. Corpus nudum, collo elongato. Os oblique truncatum.

58. HOLOPRYA. Corpus ciliatum. Os oblique truncatum haud labiatum.

59. LEUCOPHRYS. Corpus ciliatum. Os oblique truncatum labiatum.

** *Corpus setosum.*

60. TRICHODISCUS. Corpus margine setosum.

61. ACTINOPHRYS. Corpus undique setosum.

62. PODOPHRYA. Corpus undique setosum, pedicellatum.

63.? ACOMIA. Corpus una extremitate ciliatum.

64.? ALYSCUM. Corpus ciliorum retractilium fasciculo laterali.

65.? GASTEROCHAETA. Corpus nudum sulco longitudinali ciliato.

66.? URONEMA. Corpus ciliatum, seta basilari longa.

FAMILIA II. COLEPINEAE. Corpus loricatum.

67. COLEPS. Corpus nudum v. ciliatum, haud stipitatum.

68. ACINETA. Corpus tentaculatum, pedicellatum.

SUBTRIBUS II. ALLOTRETA.

Oris et ani aperturae haud oppositae, alterutra terminalis.

FAMILIA I. TRACHELINEAE. Corpus haud loricatum. Anus terminalis.

* *Os valvula destitutum.*

69. TRACHELIUS. Corpus in proboscidem conicam productum. Os infra proboscidis basim.

70. LOXODES. Corpus sursum dilatatum oblique truncatum. Os superum v. inferum.

71. BURSARIA. Corpus sinu longitudinali haud spirali. Os in sinu.

72. SPIROSTOMUM. Corpus sinu lato subterminali spirali. Os in sinu.

73. PHIALINA. Corpus collo brevi, sulco circulari discreto. Os in colli latere.

** *Os valvula tremula clausum.*

74. GLAUCOMA. Os inferum.

FAMILIA II. OPHRYOCERCINEAE. Corpus haud loricatum. Anus dorsalis.

75. TRACHELOCERCA. Corpus fusiforme collo longissimo, ore terminali.

FAMILIA III. ASPIDISCINEAE. Corpus loricatum. Anus terminalis.

76. ASPIDISCA. Corpus scutello orbiculari tectum. Os laterale.

SUBTRIBUS III. CATOTRETA.

Oris et ani aperturae haud oppositae, neutra terminalis.

FAMILIA I. COLPODINEAE. Corpus haud loricatum, setis, stylis aut uncinis destitutum.

* *Ocellus nullus.*

77. COLPODA. Corpus margine dorsali nudum, processu linguaeformi instructum.

78. PARAMECIUM. Corpus undique ciliatum, processu linguaeformi destitutum.

79. AMPHILEPTUS. Corpus hinc in caudam illinc in proboscidem desinens, processu linguaeformi destitutum.

80. UROLEPTUS. Corpus caudatum, proboscide et processu linguaeformi destitutum.

** *Ocellus unicus.*

81. OPHRYOGLENA. Corpus caudatum proboscide et processu linguaeformi destitutum.

FAMILIA II. OXYTRICHINEAE. Corpus haud loricatum, setis, stylis aut uncinis munitum.

* *Corpus ciliatum setosum.*

82. OXYTRICHA. Corpus ecornutum.

83. CERATIDIUM. Corpus bicorne.

** *Corpus ciliatum, stylis aut uncinis munitum.*

84. KERONA. Corpus uncinis munitum.

85. UROSTYLA. Corpus stylis munitum.

86. STYLONYCHIA. Corpus stylis et uncinis munitum.

FAMILIA III. EUPLOTEAE. Corpus loricatum.

87. DISCOCEPHALUS. Corpus uncinis stylisque destitutum, capite discreto.

88. HIMANTOPHORUS. Corpus uncinis stylisque destitutum, capite haud discreto.

89. EUPLOTES. Corpus uncinis stylisque munitum.

TRIBUS II. DENTATA.

Os dentium corona interna circumvallatum.

SUBTRIBUS I. ENANTIOTRETA.

Oris et ani aperturae terminales in diametro longitudinali oppositae.

FAMILIA I. PRORODONTEAE. Corpus haud loricatum.

90. PRORODON. Os recte truncatum.

SUBTRIBUS II. ALLOTRETA.

Oris et ani aperturae haud oppositae, alterutra terminalis.

FAMILIA I. CHILODONTEAE. Corpus haud loricatum. Anus terminalis.

91. CHILODON. Corpus sursum oblique aut aequaliter rotundatum.

SUBTRIBUS III. CATOTRETA.

Oris et ani aperturae haud oppositae, neutra terminalis.

FAMILIA I. CHLAMIDONTEAE. Corpus loricatum.

92. CHLAMIDODON. Os superum.

SUBORDO I. APROCTA.

Tractus intestinalis coecus, racemoso-ramosus, ramis apice bulloso-inflatis, uvaeformis. *Flagellum* pone os longissimum filiforme, retractile, vibrans, simplex, duplex aut quadruplex, rarius nullum. *(Mastichophora.)*.

TRIBUS I. ATRICHA.

Corpus nudum i. e. nec ciliis nec setis instructum, haud mutabile aut mutabile, loricatum aut lorica destitutum.

FAMILIA I. VIBRIONIDEA. *Ehrenberg*. — *Corpus* nudum, lorica destitutum, haud mutabile, globosum aut subcylindricum, *partitione* imperfecta uniseriali, multiplici, transversa in *syntherium* filiforme, lineare aut spirale, hyalinum v. fulvum accrescens. *Os*.... *Flagellum* nullum aut simplex. *Ocellus* nullus.

Vibrionia *Ehrenberg*: Infusionsth. 73 — 75. — *Dujardin:* Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 209 — 212.

I. BACTERIUM *EHRENBERG*.

Monas *Müller*. — Melanella *Bory*.

Corpus nudum, lorica destitutum haud mutabile, cylindricum, subovatum aut subglobosum, *partitione* imperfecta uniseriali, multiplici, transversa in *syntherium* lineare moniliforme, rigidulum, rectum, hyalinum accrescens. *Os*.... *Flagellum* in articulo primo terminale simplex. *Ocellus* nullus.

1. Bacterium triloculare *HEMPRICH* et *EHRENBERG*.

Syntherium cylindricum 2—3 pl. longius q. latum, utrinque rotundatum, corpusculis linearibus transversis 2 — 4, aequaliter di-

stantibus. Flagellum segmento primo aequilongum. Longit. synth. $\frac{1}{300}$ — $\frac{1}{192}'''$ corpusc. singul. $\frac{1}{960}'''$.

Bacterium triloculare *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Everteb. I. Tab. II. 6. Text. Polygast. Fol. b. a. 2. — *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d Wissensch. z. Berlin. 1829. 15 — 19. et 1831. 69.; ej. Infusionsth. 76. Tab. V. I. — *Riess*: Beitr. zur Fauna d. Infus. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 216.

Bacterium articulatum *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin. 1831. 69.

Habitaculum. In oasa Jovis Ammonis Libyae Africae. Novembri (*Hemprich* et *Ehrenberg*). — Berolini, Aprili (*Ehrenberg*). Vindobonae in infusione Zeae Mais, Januario (*Czermack* et *Riess*).

Species inquirendae.

2. Bacterium Enchelys *EHRENBERG.*

Syntherium cylindricum 2—3 pl. longius q. latum, utrinque rotundatum, corpusculis subovatis obsoletis, hyalinis. Flagellum.... Longit. synth. $\frac{1}{240}'''$.

Bacterium Enchelys *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. der Wissensch. z. Berlin. 1830. 61. 70.

Bacterium? Enchelys *Ehrenberg*: l. c. 1831. 69. — Infusionsth. 76. Tab. V. 2. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 216. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.

Habitaculum. In infusione panis, Petropoli (*Ehrenberg*); in carnis infusione 12 dierum, Februario (*Schmarda*).

3. Bacterium Punctum *EHRENBERG.*

Syntherium cylindricum 2—3 pl. longius q. latum, utrinque rotundatum, corpusculis subglobosis obsoletis, hyalinis. Flagellum... Longit. synth. $\frac{1}{336}$ — $\frac{1}{333}'''$.

Monas Punctum *Müller?* Anim. infus. 3. Tab. I. 4.

Melanella monadina *Bory?*: in Encycl. méth. 1824. 511. et in Dict. class. d'hist. nat. 1826.

Bacterium Punctum *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin. 1830. 60. et 1831. 69.

Bacterium? Punctum *Ehrenberg*: Infusionsth. 76. Tab. V. 3. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 215.

Habitaculum. In infusione panis, Petropoli (*Ehrenberg*).

4. acterium Termo *DUJARDIN.*

Syntherium cylindricum 2—5 pl. longius q. latum, utrinque truncatum, corpusculis ellipticis obsoletis. Flagellum.... Longit. synth. $\frac{1}{1111}$ — $\frac{1}{769}$'''.

Leeuwenhock: Arcan. nat. 40. et 308.
Gleichen: Infusionsth. 75.
Spalanzani: Opusc. phys. 35. Tab. I.
Monas Termo *Müller*: Animal. infus. 1. Tab. I. 1.
Bacterium Termo *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 212. Tab. I. 1.

Habitaculum. In infusionibus variis (*Müller*. — *Dujardin*).

II. VIBRIO *MÜLLER* et *EHRENBERG.*

Vibrio *Müller*. — Enchelys *Oken*. — Melanella *Bory*. — Bacterium *Ehrenberg*.

Corpus nudum, lorica destitutum, haud mutabile, subovatum aut subglobosum, partitione imperfecta uniseriali, multiplici, transversa in *syntherium* lineare moniliforme flexuosum, hyalinum, accrescens. *Os*... *Flagellum*.... *Ocellus* nullus.

1. Vibrio Lineola *MÜLLER.*

Syntherium cylindricum crassum utrinque rotundatum, parum flexuosum, corpusculis subglobosis hyalinis obsoletis. Longit. synth. $\frac{1}{1000}$ — $\frac{1}{300}$''' corpusc. singul. circa $\frac{1}{3000}$'''.

Vibrio Lineola *Müller*: Verm. fluv. hist. I. 39 et: in Zool. Dan. prodr. 2446. et: in Nye Saml. d. Saelsk. Skrift. III. Tab. I. 3. a. (*Liniestrackkern*). Animal. infus. 43. Tab. VI. 1. — *Schrank*: Fauna Boica. III. 2. 52. — *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin. 1830. 61. 66. 69. 70 et 1831. 67. 70; ej. Infusionsth. 79. Tab. V. 4. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 29. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.
Melanella Atoma *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 511. et in Dict. class. 1830.
Bacterium Termo *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akadem. d. Wissensch. z. Berlin. 1830. 61. 66. 69. 70. et 1831. 67. 70. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 217. Tab. I. 3.

Habitaculum. Hafniae (*Müller*). — In Bavaria (*Schrank*). Berolini et in Sibiria (*Ehrenberg*). — Parisiis (*Bory* et *Dujardin*). Vindobonae in infusionae farinae Tritici, Januario (*Czermack* et *Riess*). — In Infusione Fabarum, Junio, sanguinis, Martio (*Schmarda*).

2. Vibrio tremulans *EHRENBERG.*

Syntherium cylindricum crassum utrinque rotundatum, flexuosum, corpusculis oblongis hyalinis, obsoletis. Longit. synth. $\frac{1}{280}'''$.

Melanella atoma *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Evertebr. Phytoz. Tab. II. 7.

Bacterium? tremulans et Bact.? Termo Petropolit. nec Tobolskianum, et Vibrio Lineola Petropaulofskiana *Ehrenberg*: in Abhandl. der Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830.

Vibrio Lineola *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symbol. phys. Text 1830. (1831). Fol. f. a. 2.

Bacterium? tremulans et Bact. Termo Berolinense *Ehrenberg*: in Abh. d. Akad. d. Wissensch. 1831. 69. 70. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.

Vibrio tremulans *Ehrenberg*: Infusionsth. 79. Tab. V. 5. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Zoophyt. (Infus.) 218.

Habitaculum. Berolini et Petropoli; in Africa libyca et in Sibiria (*Ehrenberg*); in fossis salinis de Capo d'Istria, Julio; in lagunis prope Chioggiam, Augusto (*Schmarda*).

3. Vibrio subtilis *EHRENBERG.*

Syntherium cylindricum gracile subrectum utrinque rotundatum, corpusculis 12—15, subglobosis hyalinis distinctis. Longit. synth. $\frac{1}{36}'''$, corpusc. singul. $\frac{1}{2000}'''$.

Vibrio subtilis *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin (1832) 1833. 279.; ej. Infusionsth. 80. Tab. V. 6. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 222. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.

Habitaculum. Berolini Aprili (*Ehrenberg*). — Vindobonae in infusione carnis cocti, et in paludosis, Octobri (*Czermack* et *Riess*). — In salinis de Capo d'Istria, Julio (*Schmarda*).

4. Vibrio Rugula *MÜLLER.*

Syntherium cylindricum crassum flexuosum utrinque rotundatum, corpusculis 12 — 15, globosis hyalinis distinctis. Longit. synth. ad $\frac{1}{48}'''$, corpusc. singul. $\frac{1}{1000}'''$.

Leeuwenhock: Experim. et Contempl. 40. 1683? 309. 1692? ej. Anatom. et Contempl. 38. 1684.

Schlangenthierchen. *Gleichen*: Infusionsth. Tab. XVII. c. 2. a.

Volvox Lunula *Müller?*: Vermium hist. I. 30.

Vibrio Rugula *Müller*: Animalc. infus. 44. Tab. VI. 2. — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 53. — *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Polygast. Fol. f. a. 2. — *Ehrenberg* in Abhandl. der Akadem. der Wissensch. z. Berlin 1829. 7. 12. 17. 19. et 1830. 66. 68. 69. 71. et 1831. 67. — Infusionsth. 80. Tab. V. 7. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 218. Tab. I. 4. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.

Melanella flexuosa *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 511. et: in Dict. classique 1826.

Melanella erythraea *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symbol. physic. Everteb. Phytoz. Tab. III. 2. Fig. 1.

Habitaculum. Delphi Batav. (*Leeuwenhock*). — Hafniae (*Müller*). — Parisiis (*Bory de St. Vincent*). — Prope Tor in mare rubro, Berolini, Petropoli et Barnaul ad montes Altaicos (*Ehrenberg*). — Vindobonae, Octobri (*Czermack* et *Riess*). — Olomutzii, Augusto (*Schmarda*).

5. Vibrio prolifer *EHRENBERG*.

Syntherium cylindricum crassum flexuosum, utrinque rotundatum corpusculis ad 8, ovatis hyalinis distinctis. Long. synth. $\frac{1}{768}$ — $\frac{1}{96}'''$, corpusc. singul. $\frac{1}{768}$.

Vibrio prolifer *Ehrenberg*: in Abh. d. Akadem. d. Wissensch. z. Berlin 1831. 67.; ej. Infusionsth. 81. Tab. V. 8. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 220.

Habitaculum. In infusione putrida plantarum, Berolini, Aprili, Junio, Petropoli (*Ehrenberg*). — Vindobonae in infusione farinae Fabarum (*Czermack* et *Riess*).

6. Vibrio Bacillus *MÜLLER*.

Syntherium cylindricum longissimum et gracillimum, flexuosum, utrinque rotundatum, corpusculis 30 – 32, ovatis hyalinis distinctis. Longit. synth. $\frac{1}{24}'''$, corpusc. singul. $\frac{1}{1440}'''$.

Leeuwenhock: Experim. et Contempl. 40. 1683. — 309. 1692?

Enchelis 2? *Hill*: Hist. of animals 1752. 2. Tab. I.

Jablot: Observat. avec le microsc. 67. Tab. VIII. 12. et 14.

Schlangenthierchen *Gleichen*: Infusionsth. Tab. XVII. 3.

Vibrio Bacillus *Müller*: Verm. fluv. hist. I. 40. et: in Zool. Dan. prodrom. 2447. (*Kiep-Straeker*): in Nye Samling of Dansk. Vidensk. Saelsk. Skrift. III. 11. et: in Naturforsch. XIV. 164.; ej. Animalc. infus. 45. Tab. VI. 3. – *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 49. — *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 77. et: in Dict. classique 1830. — *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akadem. d. Wissensch. z. Berlin 1830. 38.

1831. 67.; ej. Infusionsth. 81. Tab. V. 9. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 220. Tab. I. 6. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.

Enchelys Bacillus *Oken*: Naturgesch. 1815. III. 1. 36.

Vibrio ambiguus *Dujardin?*: Hist. natur. d. Zooph. (Infus.) 221. Tab. I. 7.

Bacterium Catenula *Dujardin?*: l. s. c. 215. Tab. I. 2.

Habitaculum. Delphi Batav.? (*Leeuwenhock*). — Londini? (*Hill*). — Hafniae (*Müller*). — Parisiis (*Bory* de St. Vincent). — Berolini (*Ehrenberg*). —Vindobonae (*Czermack*, *Riess* et *Schmarda*).

7. Vibrio synxanthus *EHRENBERG*.

Syntherium cylindricum, parum flexuosum, corpusculis raro ultra 5, flavis. Longit. corpusc. singul. $\frac{1}{3000}$ — $\frac{1}{2000}'''$.

Vibrio synxanthus *Ehrenberg*: in Bericht. d. Berlin. Akad. d. Wissensch. 1840. 202.

Habitaculum. In lacte vaccarum putrescente, teste *Fuchsio*, colorem aureum efficit (*Ehrenberg*).

8. Vibrio syncyanus *EHRENBERG*.

Syntherium cylindricum, parum flexuosum, corpusculis raro ultra 5, coeruleis. Longit, corpusc. singul. $\frac{1}{3000}$ — $\frac{1}{2000}'''$.

Vibrio syncyanus *Ehrenberg*: in Bericht. d. Berlin. Akad. d. Wissensch. 1840. 202.

Habitaculum. In lacte vaccarum austero colorem coeruleum efficit (*Ehrenberg*).

III. SPIROCHAETA *EHRENBERG*.

Spirillum? *Dujardin*.

Corpus nudum, lorica destitutum, haud mutabile, subglobosum, partitione imperfecta uniseriali, multiplici, transversa in syntherium moniliforme tortuosum v. cochleam filiformem, flexibilem elongatam hyalinam referens, accrescens. *Os*..... *Flagellum*..... *Ocellus* nullus.

1. Spirochaeta plicatilis *EHRENBERG*.

Syntherium longissimum, gracillimum, utrinque obtusum, anfractibus angustissimis, corpusculis numerosis subglobosis, hyalinis. Longit. synth. $\frac{1}{18}$ — $\frac{1}{12}'''$, corpusculi singul. $\frac{1}{1000}'''$.

Spirochaeta plicatilis *Ehrenberg*: in Abh. d. Akad. d. Wissensch. z. Berl. 1833. (1832) 313.; ej. Infusionsth. 83. Tab. V. 10. — *Riess*: Beitr.

z. Fauna d. Infusor. 29. — *Schmarda:* Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.

Habitaculum. In aqua diu servata, Berolini, Aprili (*Ehrenberg*). — Vindobonae in infusione Allii Schoenoprasi (*Czermack* et *Riess*). — In infusione Fabarum 9 dierum, Decembri (*Schmarda*).

IV. SPIRILLUM *EHRENBERG.*

Vibrio *Müller.* — Melanella *Bory.*

Corpus nudum, lorica destitutum, haud mutabile, cylindricum, partitione imperfecta uniseriali multiplici obliqua (?) in syntherium filiforme flexuosum v. cochleam rigidam, elongatam hyalinam referens, accrescens. *Os*. . . *Flagellum*. . . . *Ocellus* nullus.

1. Spirillum tenue *EHRENBERG.*

Syntherium leviter tortuosum, anfractibus 3—4, hyalinum, utrinque rotundatum, corpusculis obsoletis. Longit. synth. $\frac{1}{96}$—$\frac{1}{72}'''$, corpusc. singul. $\frac{1}{1000}'''$.

Spirillum tenue *Ehrenberg*: Infusionsth. 84. Tab. V. 11. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 29. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 225.

Habitaculum. In infusione putrida plantarum, Berolini, Aprili (*Ehrenberg*); in infusione Oryzae (*Czermack* et *Riess*).

2. Spirillum Undula *EHRENBERG.*

Syntherium valde tortuosum, anfractu singulo aut sesquiplici, hyalinum, utrinque rotundatum, corpusculis 4—15 subglobosis, distinctis. Longit. synth. $\frac{1}{168}$—$\frac{1}{96}'''$, corpusc. singul. $\frac{1}{1680}'''$.

Vibrio Undula *Müller*: Verm. fluviat. hist. I. 43. et: in Nye Samling of Dansk. Vid. Saelks. Skr. D. III. 19. 28. Tab. III. i. a. (*Bögestreckere*); ej. Animal. infus. 47. Tab. VI. 4—6. *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 53. — *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 776.

Schraubenförmiges Thierchen *Köhler?* in Naturf. X. 103. Tab. II. 12. e. f.

Spirillum Undula *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. der Wissensch. zu Berlin 1830. 38. et 1831. 68.; ej. Infusionsth. 84. Tab. V. 12. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 223. Tab. I. 8. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 27.

Habitaculum. Hafniae (*Müller*). — Berolini (*Ehrenberg*). — Parisiis (*Bory* de *St. Vincent*); — in infusione foetida animali (*Dujardin*). — In luto thermarum prope Monte Ortone et Abano, Augusto; Vindobonae, Martio (*Schmarda*).

3. Spirillum volutans *EHRENBERG.*

Syntherium valde tortuosum, anfractibus ternis, quaternis, pluribusve, hyalinum, utrinque rotundatum, corpusculis numerosis, subglobosis, distinctis. Longit. synth. $\frac{1}{192}$ — $\frac{1}{48}'''$ corpusc. singul. $\frac{1}{1200}'''$.

Schraubenförmiges Thierchen *Köhler*: in Naturforsch. X. 103. Tab. II. 12. g.

Vibrio Undula *Hermann* et *Müller*: in Naturf. XX. 150. Tab. III. 27. g.

Vibrio Spirillum et V. Undula var. *Müller*: Animal. infus. 47. et 49. Tab. VI. 9.

Melanella Spirillum *Bory*: in Encycl. méth. 1824. 511. et: in Dict. classique 1826.

Spirillum volutans *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. 38. 65. 70. et 1831. 68.; ej. Infusionsth. 85. Tab. 5. 13. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 30. — *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 224. Tab. I. 9.

Habitaculum. Lipsiae (*Köhler*). — Argentorati (*Hermann*). — Hafniae (*Müller*). — Parisiis (*Bory de St. Vincent* et *Dujardin*). — Berolini et Petropoli (*Ehrenberg*). — In infusione Zeae Mais, Vindobonae (*Czermack* et *Riess*).

V. SPIRODISCUS *EHRENBERG.*

Corpus nudum, lorica destitutum, haud mutabile, cylindricum, partitione uniseriali multiplici obliqua (?) in syntherium, cochleam rigidam disciformem fulvam referens, accrescens. *Os*. . . *Flagellum*. . . . *Ocellus* nullus.

1. Spirodiscus fulvus *EHRENBERG.*

Syntherium cochlea lenticularis fulva, corpusculis obsoletis. Longit. synth. $\frac{1}{100}'''$.

Spirodiscus fulvus *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. zu Berlin 1830. 65. 67 et 1831. 68.; ej. Infusionsth. 86. Tab. V. 14. — Confer *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 30. et *Dujardin*: Hist. nat. des Zoophyt. (Infus.) 226.

Habitaculum. Syrjanofskoi in montibus Altaicis, inter Confervas (*Ehrenberg*).

FAMILIA II. MONADINEAE *Ehrenberg*. *Corpus* nudum, lorica destitutum, haud mutabile, ecaudatum v. caudatum, hyalinum v. rarius coloratum, divisione spontanea perfecta transversa simplici v. decussata in partes quatuor divisum. *Os* terminale (natatione anticum) v. obliquum. *Flagellum* nullum, simplex v. duplex. *Ocellus* nullus v. unicus. — *Animalcula* solitaria libera v. periodice in acervos consociata.

Monadina *Ehrenberg*: Infusionsth. 1 — 2. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Zoophyt. (Infus.) 270. — 277.

SUBFAMILIA I. EUMONADINEA. Corpus *ecaudatum*. Ocellus *nullus*. — Animalcula *solitaria v. periodice in acervos consociata*.

VI. MONAS *MÜLLER* et *EHRENBERG*.

Volvox, Enchelys et Monas *Müller*. — Cyclidium *Hemprich* et *Ehrenberg*. Bodo et Bacterium *Ehrenberg*. — Diselmis sp. *Dujardin*. — Heteromita et Trepanomonas *Dujardin*. — Eumonas et Mastichemonas *Diesing*.

Animalcula semper solitaria, libera. *Corpus* nudum, lorica destitutum, ecaudatum, haud mutabile, hyalinum v. coloratum, subglobosum, ovatum, cylindricum v. fusiforme, indivisum v. divisione spontanea perfecta transversa bipartitum. *Os* terminale, natatione anticum, interdum limbo ciliatum. *Flagellum* nullum, simplex, duplex quadruplex. *Ocellus* nullus.

1. Eumonas *Diesing*. — Animalcula *solitaria libera*. Corpus *ecaudatum*, *subglobosum*, *ovatum*, *v. obconicum*, *hyalinum v. coloratum*, *haud mutabile*, *divisione spontanea simplici bipartitum v. indivisum*. Os *terminale truncatum*, *limbo ciliatum v. nudum*. Flagellum *nullum*. Ocellus *nullus*.

A. Sphaeromonades.

α. Punctiformes.

1. Hyalinae v. albicantes.

1. Monas *(Eumonas)* **Crepusculum** *EHRENBERG*.

Corpus subglobosum, hyalinum (in acervis natantibus, oculo nudo albicantes). *Motus* agilis. Longit. $\frac{1}{1000}'''$ raro attingens, nunquam superans.

Ehrenberg: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. 47. et 1832. 57. (Organisation d. Infusorien.)

Monas Crepusculum *Ehrenberg*: Infusionsth. 6. Tab. I. 1. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 28. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 23.

Habitaculum. Berolini, omni anni tempore *(Ehrenberg)*. — Vindobonae, Aprili et Majo *(Czermack* et *Riess)*. — In thermis prope Monte Ortone *(Schmarda)*.

2. Virides.

2. Monas *(Eumonas)* bicolor *EHRENBERG*.

Corpus ovato-subglobosum, sursum attenuatum, hyalinum, nucleo viridi, simplici v. duplici. *Motus* vacillans. Longit. $\frac{1}{120}'''$.

Confer Enchelys Pulvisculus *Müller*: Animalc. infus. 32. Tab. IV. 18. — *Ehrenberg*: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1831. (1832) 57.

Monas bicolor *Ehrenberg*: Infusionsth. 10. Tab. I. 6.

Habitaculum. Berolini *(Ehrenberg)*.

3. Ochraceae.

3. Monas *(Eumonas)* ochracea *EHRENBERG*.

Corpus subglobosum, dilute ochraceum. *Motus* agilis. Longit. $\frac{1}{600}'''$.

Ehrenberg in: Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1831. (1832) 57.

Monas ochracea *Ehrenberg*: Infusionsth. 11. Tab. I. 7.

Habitaculum. Berolini, vere *(Ehrenberg)*.

4. Rubrae.

4. Monas *(Eumonas)* erubescens *EHRENBERG*.

Corpus ovatum roseum. *Motus* lentus, continuus. Longit. $\frac{1}{144}'''$.

Ehrenberg: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. (1832) 63. 67. et 1831. (1832) 57.

Monas erubescens *Ehrenberg*: Infusionsth. 11. Tab. I. 8.

Habitaculum. In lacu salso prope Astrachan *(Ehrenberg)*.

5. Monas *(Eumonas)* vinosa *EHRENBERG*.

Corpus ovatum, utrinque aequaliter rotundatum, vinoso-rubrum. *Motus* lentissimus tremulans. Longit. $\frac{1}{1000}$ — $\frac{1}{500}'''$.

Ehrenberg: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1831. (1832) 58.

Monas vinosa *Ehrenberg*: Infusionsth 11. Tab. I. 9. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 28. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 23.

Habitaculum. Berolini (*Ehrenberg*). — Vindobonae, Octobri (*Czermack* et *Riess*). — In infusione foetida ossium (*Schmarda*).

6. Monas (*Eumonas*) **rosea** *MORREN.*

Corpus ovatum, utrinque attenuatum, sursum parum angustatum, medio saepe sinuatum, duplo longius q. latum, roseum. *Volutando* procedens, vacillans, socialis. Longit. $\frac{1}{350}'''$.

Monas rosea *Morren*: Réch. sur la rubefact. des eaux. 74. Tab. V. 25—27.

Habitaculum. In aquis sulfureis provinciae Leodiensis, Junio, Julio et Augusto (*Morren*). — In thermis sulfureis Badensibus Austriae inferioris, vario anni tempore (*D.*).

β. Oviformes.

Hialynae.

* *Reniformes.*

7. Monas (*Eumonas*) **Kolpoda** *EHRENBERG.*

Corpus reniforme ovatum, sursum attenuatum, hyalinum. *Motus* vacillans. Longit. $\frac{1}{600}'''$.

Ehrenberg: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. (1832) 64. 67. et 1831. (1832) 58.

Monas Kolpoda *Ehrenberg*: Infusionsth. 12. Tab. I. 10.

Habitaculum. Smeinogorsk ad montes Altaicos (*Ehrenberg*).

** *Ovatae utrinque rotundatae.*

8. Monas (*Eumonas*) **Enchelys** *EHRENBERG.*

Corpus ovatum utrinque rotundatum, superficie inaequali, hyalinum. *Motus* lentus continuus. Longit. $\frac{1}{100}$ — $\frac{1}{80}'''$.

Ehrenberg: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. (1832) 63. 68. et 1831. (1832) 58.

Monas Enchelys *Ehrenberg*: Infusionsth. 12. Tab. I. 11.

Habitaculum. In fodinis cupreis Soimonofskoi mont. Ural. et Petropoli in aqua Nevae (*Monas Volvox var.?*), nec non Berolini (*Ehrenberg*).

9. Monas (*Eumonas*) **Umbra** *EHRENBERG.*

Corpus ovatum utrinque rotundatum, superficie inaequali, hyalinum. *Motus* acceleratus. Longit. $\frac{1}{200}'''$.

Ehrenberg: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. (1832) 64. 67. et 1831. (1832) 58.

Monas Umbra *Ehrenberg*: Infusionsth. 12. Tab. I. 12.

Habitaculum. Syrjanofskoi in montibus Altaicis (*Ehrenberg*).

10. Monas (Eumonas) hyalina *EHRENBERG.*

Corpus ovatum utrinque aequaliter rotundatum, superficie aequabili, hyalinum (divisione spontanea incipiente utplurimum medio constrictum). *Motus* acceleratus. Longit. $\frac{1}{200}'''$.

Ehrenberg in: Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. (1832) 64. 68. — 70. et 1831. (1832) 58.

Monas hyalina *Ehrenberg*: Infusionsth. 13. Tab. I. 13.

Habitaculum. Tobolsk in Sibiria. — Ilezkaja Saschtschita prope Orenburg (*Bacterium Monas*) in aqua salsa, et Petropoli in aqua Nevae (*Ehrenberg*).

11. Monas (*Eumonas*) gliscens *EHRENBERG.*

Corpus ovatum utrinque aequaliter rotundatum, hyalinum (divisione spontanea incipiente utplurimum bi-, interdum quaterve aequabile constrictum). *Motus* gliscens. Longit. $\frac{1}{384}'''$.

Monas gliscens *Ehrenberg*: Infusionsth. 13. Tab. I. 14. — *Riess*: Beitr. z. Fauna d. Infus. 28. — *Schmarda*: Kleine Beitr. z. Naturgesch. d. Infus. 23.

Habitaculum. Berolini, Aprili (*Ehrenberg*). — Vindobonae (*Czermack*, *Riess* et *Schmarda*).

12. Monas (*Eumonas*) ovalis *EHRENBERG.*

Corpus ovatum, utrinque aequaliter rotundatum, hyalinum. *Motus* tremulus. Longit. $\frac{1}{800}'''$.

Ehrenberg: in Abhandl. d. Akad. d. Wissensch. z. Berlin 1830. (1832) 64. 69. et 1831. (1832) 58.

Monas ovalis *Ehrenberg*: Infusionsth. 14. Tab. I. 15.

Habitaculum. Prope Barnaul in Sibiria (*Ehrenberg*).

*** *Ovatae sursum attenuatae.*

13. Monas (*Eumonas*) Mica *EHRENBERG.*

Corpus ovatum, sursum attenuatum, hyalinum. *Motus* circa axim longitudinalem rotatorius et vacillans. Longit. $\frac{1}{120}$ — $\frac{1}{100}'''$.

2. Oerstedia tubicola *QUATREFAGES*.

Corpus teretiusculum, supra et subtus brunneo- et flavo-maculatum. Oesophagus styliferus Longit. 1—2".

Oerstedia tubicola *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 223. et: Rech. anat. et phys. Tab. XVII. 18. 19.

Habitaculum. Ad littora Siciliae, in tubulo pellucido (*Quatrefages*).

Species inquirendae.

3. Oerstedia Baculus *DIESING*.

Corpus teretiusculum, antrorsum albescens, retrorsum sensim flavescens. *Os*... Oesophagus styliferus. Longit. 1½'''.

Polia baculus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 215. Tab. XI. (Spermatozoa) et Rech. anat. et phys. Tab. XVII. 8. 9.

Habitaculum. Ad littora Siciliae inter plantas marinas (*Quatrefages*).

4. Oerstedia armata *DIESING.*

Corpus teretiusculum, transparens, pallide flavum. *Os*... Oesophagus styliferus, quatuor parvulis stylis. Longit. $2\frac{1}{2}'''$.

Polia armata *Quatrefages:* in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 216. et: Rech. anat. et phys. Tab. XVII. 5. 6.

Habitaculum. Ad littora Siciliae (*Quatrefages*).

5. Oerstedia pulchella *DIESING.*

Corpus planum proteum, supra coeruleum, ad margines sensim viride-luteum. *Caput* fascia transversali violacea. *Ocelli* fascia discreti. *Os*... Oesophagus styliferus. Longit. 1 — 2''.

Polia pulchella *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 214. 215. et: Rech. anat. et phys. Tab. XVI. 7. 8.

Habitaculum. Ad littora Siciliae inter Corallineas (*Quatrefages*).

XLI. OMATOPLEA *HEMP.* et *EHRENB.*

Fasciola et Planaria *Müller.* — Polia *Delle Chiaje.* — Nemertes et Prostoma *Johnston.* — Amphiporus *Hemprich* et *Ehrenberg.* — Polystemma *Oersted.*

Corpus teretiusculum aut depressiusculum. *Caput* corpori continuum v. subdiscretum. *Os* terminale ?. *Oesophagus* (proboscis *Auct.*) protractilis. *Ocelli* sex aut plurimi varie dispositi. *Apertura* genitalis (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

Situs oris certitudine in omnibus nondum evictus.

* *Ocelli sex.*

1. Omatoplea peronea *DIESING.*

Corpus filiforme, subteretiusculum, antrorsum flavum, retrorsum sensim roseo-brunneum, supra lineis duobus longitudinalibus violaceis. *Caput* parum discretum, apice ovatum. *Ocelli* in utroque margine tres, inaequales, longitudinaliter

dispositi, postici maximi, supremi minores, medii minimi. Oesophagus inermis.? Longit. 1 — 2'.

Polia bivittata *Delle Chiaje?*: Mem. sulla stor. e notom. Tab. CIX. 25.
Nemertes peronea *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 200. 201. Tab. XIV. 5. (anatom.) et Rech. anat. et phys. Tab. XIII. 4. 5.

Habitaculum. Ad insulam Bréhat (*Quatrefages*).

** *Ocelli plurimi longitudinaliter dispositi.*

2. Omatoplea Polii *DIESING.*

Corpus filiforme retrorsum attenuatum, miniatum. *Caput* subclavatum depressiusculum. *Ocelli* nigri serie simplici submarginales utrinque 8, antrorsum arcuatim convergentes. Longit. 3''; latit. $\frac{1}{2}$'''.

Polia oculata *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. III. 172. 177. et 181. Tab. XLIII. 8. et XLIV. 1. (Caput auctum). — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 574. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 82. in nota.

Habitaculum. Prope Neapolim (*Delle Chiaje*).

3. Omatoplea punctata *DIESING.*

Corpus elongatum retrorsum attenuatum, supra convexiusculum, subtus planum, luteo-fuscum. *Caput* subtrigonum. *Ocelli* serie simplici submarginales, antrorsum arcuatim convergentes. Longit. ultra 3''; latit. 2''' (secundum iconem).

Polia punctata *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. III. 172. 177. et 181. Tab. XLIII. 7. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 580.
Nemertes punctata *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 91.

Habitaculum. Prope Neapolim (*Delle Chiaje*).

4. Omatoplea balmea *DIESING.*

Corpus depressiusculum, crassiusculum, antrorsum azureum, retrorsum sensim flavo-viride v. brunneum. *Caput* continuum rotundatum. *Ocelli* semilunatim dispositi, brunnei serie frontali lineari 8 — 10, lateralibus 9—12 in acervum aggregatis. Oesophagus styliferus. Longit. 1 — $1\frac{1}{2}$'.

Nemertes balmea *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 197. — 199. Tab. IX. 3. — 6. et Tab. XI. 4. (Spermatoz.) Tab. XI. 2. et Tab. XII. 2. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. X. 6. — 10.

Habitaculum. Ad insulam Bréhat, communis (*Quatrefages*).

5. Omatoplea gracilis *DIESING.*

Corpus depressum lineare, retrorsum sensim attenuatum, olivaceum. *Caput* continuum rotundatum flavum. *Ocelli* numerosi utrinque submarginales. Longit. 20″; latit. 1‴.

Nemertes gracilis *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Botany I. 534. Tab. XVII. 1. — *Thompson*: in Annal. and Magaz. of. nat. hist. VII. 482.
Polystemma gracile *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 586. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 93.
Prostoma gracilis *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. V. 534. Tab. XVII. 1. — XVI. 435.

Habitaculum. Sub lapidibus in sinu Berwickcensi (*Johnston*).

6. Omatoplea albicans *DIESING.*

Corpus teretiusculum elongatum retrorsum attenuatum, albo-flavescens. *Caput* obtuse conicum, maculis duabus aurantiacis in cervice. *Ocelli* biseriati submarginales antrorsum arcuatim convergentes. Longit. 2″; latit. $1\frac{1}{2}$ — 3‴.

Amphiporus albicans *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phitoz. turbell. N. 29. Tab. IV. 2. (Polystemma albicans).
Polystemma albicans *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 580. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 93.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri prope Tor (*Hemprich et Ehrenberg*).

„In aqua marina gelatinam copiosam brevi tempore edit, qua medius insidens defendi videtur. Aquae dulci immissus tubum cibarium totum aequalem et papillosum expulit, qui per longum tempus motu proprio alium vermem referebat. — Spiritu vini immersus corpus medium vi propria disrupit.“ *Hemprich* et *Ehrenberg*.

7. Omatoplea taeniata *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus teretiusculum album, supra fasciis duabus longitudinalibus laete roseis antrorsum unitis, retrorsum dilatatis evanescentibus pictum. *Caput* obtuse conicum. *Ocelli* nigri in fascias duas antrorsum convergentes aggregati. Longit. ad 3″; latit. $\frac{3}{4}$ — 1‴.

Omatoplea taeniata *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 28. Tab. IV. 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 580. in nota.
Polystemma taeniatum *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 93.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri prope Tor (*Hemprich et Ehrenberg*).

»Tubum cibarium ad anum usque persequi nequivimus, sed ovarii continentia ex verme levissime compresso per anum edebatur. — Apertura genitalis discreta visa nulla est.« *Hemprich* et *Ehrenberg*.

8. Omatoplea bembix *DIESING.*

Corpus depressum, crassiusculum, proteum, ferrugineo-rubrum. *Caput* continuum obtusum. *Ocelli* longitudinaliter biseriati antrorsum convergentes, externis majoribus. Oesophagus styliferus. Longit. 3″.

»Polia bembix *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 209. Tab. XI. 9. 10. et Tab. XIV. 4. (Anatom.) et Rech. anat. et physiol. Tab. XVII. 2. — 4.

Habitaculum. Ad littora Siciliae inter Algas (*Quatrefages*).

9. Omatoplea rosea *DIESING.*

Corpus elongatum subaequale supra convexum, roseum v. lacteo-rubescens, subtus planum pallide rubrum, utrinque parum angustatum rotundatum. *Caput* subcordatum. *Ocelli* in fascias duas subfalcatas aggregati. Longit. 2 – 2½″; latit. 3‴.

Fasciola rosea *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 58.
Planaria rosea *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2679. et: in Zool. Dan. II. 31. Tab. LXIV. 1. 2. — *Gmelin*: Syst. nat. 3088. — *Thompson*: in Annal. of nat. hist. XV. 321.
Planaria lactiflorea *Johnston*: in Zool. Journ. III. 489.
Nemertes lactiflorea *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Botany I. 535. Tab. XVII. 2. — *Thompson*: in Annal. of nat. hist. VII. 482.
Polystemma roseum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. *et* 579. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92.
Prostoma? rosea et lactiflorea *Johnston*: in Annal. of nat. hist. XVI. 435. et 436.

Habitaculum. In sinu Drobachiensi (*Müller*) — sinu Codano (*Oersted*) — ad Bristolliam (*Johnston*).

10. Omatoplea Grubei *DIESING.*

Corpus elongatum. Maculae quatuor rotundae obscurae cervicales (organa transparentia). *Ocelli* serie quadruplici, antrorsum arcuatim convergentes, seriebus duabus externis ex ocellis ad 13, internis ex 6 compositis. Longit. 10‴; latit. ½‴.

Amphiporus *Grube*: Actin. Echinod. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres 56.

Habitaculum. Ad Panormiam (*Grube*).

11. Omatoplea alba *DIESING.*

Corpus album. *Ocelli* 14: octo paralleli submarginales, sex in triangulos duos postpositos dispositi. Longit. 2″; latit. 1‴.

Borlasia? alba *Thompson*: Report 271 et in Annal. of nat. hist. XV. 320. Fig. xylograph. I. — XVI. 434.

Habitaculum. Littora Angliae ad Carrickfergus (*Hyndman*).

*** *Ocelli plurimi in acervum unum v. plures consociati.*

12. Omatoplea pulchra *DIESING.*

Corpus elongatum depressiusculum, utrinque parum angustatum rotundatum, fasciis transversis interruptis 30 – 40. *Caput* conicum duplo longius quam latum. *Ocelli* in unum acervum aggregati. Longit. $1\frac{1}{2}''$; latit. $1\frac{1}{2}'''$.

Nemertes pulchra *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Botany I. 536. Tab. XVII. 6.

Polystemma pulchrum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 580. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 93.

Prostoma pulchra *Johnston*: in Annal. of nat. hist. XVI. 436.

Habitaculum. Littus Berwickcense, inter Corallineas et testaceas desertas, frequens (*Johnston*).

13. Omatoplea berea *DIESING.*

Corpus planum, crassiusculum, proteum, pallide roseum. *Caput* continuum. *Ocelli* in acervos quatuor dispositi, duobus superioribus ex ocellis 5 — 6 in semicirculum dispositis, duobus posterioribus ex ocellis 4 — 5 inaequalibus irregulariter dispositis conflati. Oesophagus styliferus. Longit. 1 — 3″.

Polia berea *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 211. 212. et: Rech. anat. et phys. Tab. XV. 13.

Habitaculum. Ad insulam Bréhat inter lapides (*Quatrefages*).

14. Omatoplea mutabilis *DIESING.*

Corpus insigniter proteum, rosaceum. *Caput* continuum. *Ocelli* in acervos quatuor seriatim dispositi, supremis duo-

bus ocellis 4—5, subsequentibus 3—4 compositis parum majoribus. Oesophagus styliferus. Longit. $1\frac{1}{2}''$.

Polia mutabilis *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 205. Tab. X. 1. 2. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XV. 4.—6.

Habitaculum. Prope St. Vaast (*Quatrefages*).

15. Omatoplea glauca *DIESING.*

Corpus complanatum proteum, nigro-viride. *Caput* discretum subquadrangulare. *Ocelli* in acervos quatuor dispositi, ocellis duobus supremis multo majoribus, subsequentibus 5—6 in rectangulum dispositis. Oesophagus styliferus. Long. 1—2''.

Polia glauca *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 206. Tab. X. 3. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XV. 7.—9.

Habitaculum. Prope St. Vaast, rarius (*Quatrefages*).

16. Omatoplea violacea *DIESING.*

Corpus planiusculum, proteum, violaceum. *Caput* discretum. *Ocelli* in acervos quatuor dispositi. Oesophagus styliferus?. Longit....

Polia violacea *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 210. et: Rech. anat. et phys. Tab. XVII. 1. Tab. XVI. 16. (caput).

Habitaculum. Prope St. Vaast, raro (*Quatrefages*).

Species inquirendae.

17. Omatoplea pellucida *DIESING.*

Corpus depressiusculum lineare, utrinque aequaliter rotundatum, pellucidum, roseum. *Caput* cordatum duplo latius q. longum. *Ocellorum* dispositio... Longit. 8'''; latit. 1'''.

Polystemma pellucidum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 580. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 93.

Habitaculum. In Dania prope Hellebak (*Oersted*).

18. Omatoplea rubra *DIESING.*

Corpus oblongum depressum, utrinque obtusum, pallide rubrum, passim nigro-striatum, supra convexum nigro-punctatum. Pone caput utrinque macula lunularis, e punctis (ocellis?) nigris conflata. Longit. 5'''; latit. 2'''.

Fasciola rubra *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 59.
Planaria rubra *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2683. et: Zool. Dan. II. 36. Tab. LXVIII. 9. 10. — *Fabricius*: Faun. Groenland. 323. — *Gmelin*: System. nat. 3088. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. in nota.
Polystemma? rubrum *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 87.

Habitaculum. In profundo littoris groenlandici supra frondes Fucorum, frequens. (*Fabricius*).

19. Omatoplea armata *DIESING.*

Corpus teretiusculum elongatum retrorsum valde attenuatum, album. *Caput* ovatum apice truncatum. *Ocellorum* acervi superi duo linea longitudinali alba discreti, subtus ocelli utrinque tres marginales. Longit. 1—2″.

Prostoma armatum *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 74. Tab. II. 4. — *Templeton*: in *Loudon's* Mag. of nat. hist. IX. 236. Fig. 29. et: in Edin. Journ. Nat. and Geogr. sc. III. 379.
Polystemma armatum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 580. in nota, et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 94.

Habitaculum. Inter lapides rivuli in vicinia maris (Dugés) — in Anglia (*Templeton*).

XLII. POLYSTEMMA *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus teretiusculum filiforme proteum, obsolete annulatum, retrorsum in processum ellipticum ovigerum dilatatum. *Caput* discretum. *Os* terminale. *Ocelli* plurimi. *Apertura* genitalis (anus *Auct.*) subbasilaris in processu. — Maricolae.

1. Polystemma adriaticum *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus supra flavescens linea dorsali ramosa fuscescente, subtus albidum. *Caput* obtuse conicum, strictura discretum. *Ocelli* serie duplici antrorsum reflexa longitudinali. *Apertura* genitalis foveola rubella. Longit. 1″; latit. 1‴.

Polystemma adriaticum *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 16. Tab. IV. 1. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 580. in nota, et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 93.

Habitaculum. In mare adriatico, Februario (*Ehrenberg*).

„Languidum animalculum mucore copiosissimo se involvit et vi propria fregit.“ *Ehrenberg.*

SUBTRIBUS II. LOBOCEPHALA. Caput lobis duobus.

XLIII. COLPOCEPHALUS *DIESING.*

Borlasia *Quoy* et *Gaimard.* — Tetrastemma? *Oersted.*

Corpus depressum lineare. *Caput* discretum subovatum, subtus rima longitudinali bilobum, cavum, supra apice emarginatum. *Os*... *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

1. Colpocephalus quadripunctatus *DIESING.*

Corpus lineare retrorsum attenuatum, album, supra fascia flava nigro-marginata longitudine capitis et corporis pictum, subtus album. *Caput* subovatum supra subtusque maculis quatuor nigris magnis in quadrangulum dispositis. Long. 12 — 14‴; latit. vix $\frac{1}{2}$‴.

Borlasia quadripunctata *Quoy* et *Gaimard*: in Voyag. de l'Astrolabe Zool. IV. 291. Atlas Vers apodes Tab. XXIV. 20. — 22.

Tetrastemma? quadripunctata *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 88.

Habitaculum. In *Anatifa* maris amboinensis (*Quoy* et *Gaimard*).

XLIV. CHLAMYDOCEPHALUS *DIESING.*

Borlasia *Quoy* et *Gaimard.*

Corpus elongatum planum. *Caput* obcordatum depressum, marginibus longitudinalibus inflexis bilobum, haud cavum. *Os*... *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis... — Maricolae.

1. Chlamydocephalus Gaimardi *DIESING.*

Corpus lanceolatum retrorsum attenuatum, supra rubrofuscum, subtus flavum, fasciis duabus aurantiacis longitudine corporis. Longit. 3″; latit. part. anter. $2\frac{1}{2}$‴ postic. $\frac{1}{3}$‴.

Borlasia Novae Zelandiae *Quoy* et *Gaimard*: in Voyag. de l'Astrolabe Zool. IV. 290. Tab. XXIV. 15. — 19. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 84.

Habitaculum. In sinu insulae Novae Zeelandiae (*Quoy* et *Gaimard*).

XLV. RAMPHOGORDIUS *RATHKE*.

Corpus teretiusculum filiforme. *Caput* corpori continuum conicum, lobis duobus terminalibus oppositis rostriformibus. *Os* terminale inter lobos. *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis . — Maricolae.

1. Ramphogordius lacteus *RATHKE*.

Corpus retrorsum attenuatum rotundatum transverse rugosum, lacteum, fragile. *Caput* conicum lobis subaequalibus, supra convexiusculis, subtus planis, membranaceis. Long. $8\frac{1}{2}''$ (contractus); latit. $\frac{3}{4}'''$.

Ramphogordius lacteus *Rathke*: in Nov. Act. Nat. Cur. XX. 1. 237. 238. Tab. XII. 16.

Habitaculum. In Norvegia prope Molde (*Rathke*).

XLVI. LOBILABRUM *BLAINVILLE*.

Corpus elongatum depressum utrinque dilatatum, proteum. *Os* terminale amplum inter lobos duos horizontales bilobos. *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

1. Lobilabrum ostrearium *BLAINVILLE*.

Corpus obscure griseum. *Lobus* superus profunde bilobus. Longit. 2 — 3″.

Lobilabrum ostrearium *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 577. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 95.

Habitaculum. In tubulo ex arena conflato ad superficiem testae *Oestreae edulis*, canalis la Manche (*Blainville*).

SUBTRIBUS III. PTICHOCEPHALA. Caput plica transversa terminali subbilabiatum.

XLVII. TETRASTEMMA *HEMP.* et *EHRENB.*

Planaria *Abildgaard*. — Nemertes et Prostoma *Johnston*. — Polia *Quatrefages*.

Corpus filiforme teretiusculum aut depressiusculum, proteum. *Caput* corpori continuum plica transversa terminali. *Os*

terminale. *Ocelli* quatuor in quadrangulum dispositi. *Apertura* genitalis (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

1. Tetrastemma flavidum *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus filiforme antice rotundatum, retrorsum parum angustatum, obsolete annulatum, pallide flavum v. subcarneum. *Ocelli* in quadrangulum elongatum dispositi. Oesophagus papillosus. Longit. 6‴; latit. $\frac{1}{4}$—1‴.

Tetrastemma flavidum *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. Nr. 25. Tab. V. 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 576. in nota, et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 87.

Habitaculum. Inter *Tubiporae Corallia* prope Tor (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

2. Tetrastemma varicolor *OERSTED.*

Corpus antice rotundatum, postice acutiusculum. *Ocelli* in quadratum dispositi. Longit. 14—15‴; latit. ad 1‴.

Var. α. lacteo-flavescens. — Var. β. nigro-punctata. — Var. γ. fusco-grisescens, linea longitudinali alba.

Planaria dorsalis *Abildgaard*: in Zool. Dan. IV. 25. Tab. CXLII. 1. (var. 3).

Planaria quadrioculata *Johnston*: in Zool. Journ. IV. 56.

Nemertes quadrioculata *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Bot. I. 535. Tab. XVII. 4.

Tetrastemma varicolor *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 575. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 85. Tab. III. 41—44.

Prostoma quadrioculata *Johnston*: in Annal. of nat. hist. XVI. 436.

Polia quadrioculata *Quatrefages?*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 216. 217. — et Rech. anat. et phys. Tab. XVI. 10. 11. — *Frey* et *Leuckart*: Beitr. z. Kenntn. wirbellos. Thiere 150.

Habitaculum. Ad littora Daniae (*Abildgaard*); ad *Laminariam* in tubulo membranaceo hyalino angusto (*Oersted*) — Helgolandiae (*Frey* et *Leuckart*) — Angliae (*Johnston*) — Galliae? (*Quatrefages*).

3. Tetrastemma fuscum *OERSTED.*

Corpus antice rotundatum, postice acutiusculum, fuscum maculis transversis brunneis. *Ocelli* in quadratum dispositi. Longit. 1″; latit. $\frac{3}{4}$‴.

Tetrastemma fuscum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 575. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 86. Fig. xylograph. 14.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

4. Tetrastemma rufescens *OERSTED.*

Corpus retrorsum parum angustatum, rufescens, stria inter ocellos transversa fusca. Longit. 7‴; latit. $\frac{2}{3}$‴.

Tetrastemma rufescens *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 576. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 86. Fig. xylograph. 15.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

5. Tetrastemma subpellucidum *OERSTED.*

Corpus teretiusculum utrinque rotundatum, subpellucidum, antrorsum punctatum virescens, retrorsum flavescens. *Ocelli* superiores magis remoti quam subsequentes paulo minores. Longit. $\frac{1}{2}$″; latit. $\frac{3}{4}$‴.

Tetrastemma subpellucidum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 576. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 86. Fig. xylogr. 16.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

6. Tetrastemma assimile *OERSTED.*

Corpus teretiusculum filiforme utrinque obtusum, lutescens medio fuscum. *Caput* apice punctis numerosis notatum. *Ocelli* superiores subterminales, subsequentes inter se magis remoti ad capitis basim. Longit. 6‴.

Tetrastemma assimile *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 86.

Habitaculum. In arenosis freti prope Snedkersteen (*Oersted*).

Species inquirendae.

7. Tetrastemma candidum *OERSTED.*

Corpus fusiforme, flavescens albo-marmoratum, linea longitudinali brunnea. *Caput* subrhombeum plica transversa (?). *Ocelli* in quadrangulum dispositi. Longit. ad 10‴.

Prostoma candidum *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 74. Tab. II. 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 576. in nota.

Tetrastemma candidum *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. der Plattw. 88.

Habitaculum. Inter lapides rivuli in viciniis maris (*Dugés*).

8. Tetrastemma lumbricoideum *OERSTED.*

Corpus teretiusculum antice rotundatum, retrorsum valde attenuatum, flavidum rubro-marmoratum. *Caput* plica transversa (?). *Ocelli* in quadrangulum dispositi. Longit. ad $1\frac{1}{2}''$.

Prostoma lumbricoideum *Dugés*: in Annal. des sc. nat. XXI. 74. Tab. II. 2. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. et 576. in nota.
Tetrastemma? lumbricoideum *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 87.

Habitaculum. In rivulis Galliae in viciniis maris (*Dugés*).

9. Tetrastemma groenlandicum *DIESING.*

Corpus elongatum albidum, linea media longitudinali lactea, admodum glutinosum. *Caput* plica transversa (?). *Ocelli* in quadrangulum dispositi. Oesophagus protractilis. Long. 2—3''; latit. 2'''.

Fasciola candida *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 71.
Planaria candida *Müller*: in Fabricii Faun. Groenland. 327. et: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. IV. 62. Tab. II. 11. — *Gmelin*: Syst. nat. 3094.
Tetrastemma candidum *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 88.

Habitaculum. In littore Groenlandiae sub lapidibus (*Fabricius*).

10. Tetrastemma Siphunculus *OERSTED.*

Corpus elongatum, supra convexum, subtus planum, luteum nigro-punctatum linea longitudinali lutea. *Caput* plica transversa (?). *Ocelli*... Oesophagus protractilis. Long. 15'''; latit. 2'''.

Planaria siphunculus *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. et notom. III. 118. et 120. Tab. XXXV 26. 27.
Tetrastemma Siphunculus *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 85.

Habitaculum. Inter Algas Castri Luculli (*Delle Chiaje*).

XLVIII. NOTOSPERMUS *HUSCHKE.*

Notogymnus *Hemprich* et *Ehrenberg*. — Nemertes *Oersted.*

Corpus elongatum depressum. *Caput* corpori continuum, plica transversa terminali in utroque margine decurrens. *Os* terminale. *Ocelli* plurimi 15—17. *Apertura* genitalis infra caput. — Maricolae.

1. Notospermus drepanensis *HUSCHKE.*

Corpus retrorsum attenuatum, supra olivaceum, subtus laete viride, fasciis transversis albis ad 15, prima medio antrorsum cuspidata. *Caput* rotundatum depressum, plicae limbo purpureo. *Ocelli* nigri, marginales ad 15 serie longitudinali simplici dispositi, unicus in medio fasciae primae superficiei superioris, sex laterales per paria in antica parte faciei inferioris parallele suppositi. *Apertura* genitalis longe elliptica purpurea infra fasciam primam, in latere opposito dorsali macula sanguinolenta. Longit. 3—4″; latit. 2‴.

Notospermus drepanensis *Huschke*: in Isis 1830. 681. Tab. VII. 1.—6. (et Anatom.) — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. in nota.
Notogymnus drepanensis *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 31. et nota.
Nemertes drepanensis *Oersted*: Entw. einer syst. Einth d. Plattw. 91.

Habitaculum. Drepani in Sicilia inter Corallinas (*Huschke*).

Cum *Meckelia annulata* identicum habet cl. *Quatrefages*.

2. Notospermus Gesserensis *DIESING.*

Corpus teretiusculum, antice obtusum, retrorsum attenuatum, obscure virens pone caput squalide rubrum, annulatum annulis pallidis, segmentis inaequalibus serie punctorum albidorum minimorum inscriptis. Plica capitis... *Ocelli* serie longitudinali utrinque tres, postici majores. Long. 2½″; latit. 1‴.

Planaria Gesserensis *Müller*: in Zool. Dan. II. 32. Tab. LXIV. 5. — 8. — *Gmelin*: Syst. nat. 3093. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. in nota.
Tricelis Gesserensis *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 5. — *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 27.
Nemertes olivacea *Oersted*: l. s. c. 89.

Habitaculum. In *Fuco furcellato* littoris Gesserensis Falstriae (*Müller*).

Species inquirenda.

3. Notospermus viridis *DIESING.*

Corpus oblongum supra convexum viride, fasciis transversis albis 11, subtus planum pallidum, unicolor, postice oblique truncatum. *Caput* corpori continuum apice bilabiatum

rotundatum, labiis subtus rubris. *Ocelli* nulli?. *Apertura* genitalis ovata limbo purpureo. Longit. $1\frac{1}{2}''$; latit. $2-3'''$.

Fasciola viridis *Müller*: Verm. terrest. et fluviat. hist. I. 2. 59.

Planaria viridis *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2684. et: in Fabricii Fauna Groenland. 324. et: in Zool. Dan. II. 35. Tab. LXVIII. 1. — 4. — *Gmelin*: Syst. nat. 3088. — *Leuckart*: Brev. animal. descript. 17. et: in *Rüppel's* Atlas z. d. Reise im nördl. Africa 11. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. 572. in nota.

Tetrastemma? viride *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 87.

Habitaculum. Inter radices Fucorum, in Groenlandia (*Fabricius*).

XLIX. MICRURA *HEMP. et EHRENB.*

Nemertes *Oersted.*

Corpus depressum lineare, proteum, obsolete annulatum, processu terminali postico filiformi brevissimo. *Caput* corpori continuum plica transversa terminali. *Os* terminale. *Ocelli* frontales longitudinaliter biseriati, seriebus curvisculis parallelis antice convergentibus, una quaque ocellis 5 efformata. *Apertura* genitalis infra caput. — Maricolae.

1. Micrura fasciolata *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus supra nigro-fuscum, capite ventre et cauda fasciis transversis angustis 13 albis. *Ocellorum* series antrorsum linea rubella conjunctae. *Apertura* genitalis rimaeformis. Long. $16'''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Micrura fasciolata *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 15. Tab. IV. 4.

Nemertes fasciolata *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 91.

Habitaculum. In concharum superficie scabra, Februario, Tergesti (*Ehrenberg*).

»Animal mucum largum excernit, quo se totum involvit.« *Ehrenberg.*

L. HEMICYCLIA *HEMP. et EHRENB.*

Nemertes *Oersted.*

Corpus teretiusculum filiforme, proteum. *Caput* corpori continuum plica transversa terminali. *Os* terminale. *Ocelli* plurimi in serie frontali transversa semicirculari simplici. *Apertura* genitalis (anus *Auct.*) basilaris. — Maricolae.

1. Hemicyclia albicans *HEMP. et EHRENB.*

Corpus nigro-fuscum. *Caput* truncatum niveum. Long. 6‴.

Hemicyclia albicans *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 27.

Nemertes albicans *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92.

Habitaculum. Prope Tor inter Corallia (*Hemprich* et *Ehrenberg*).

„Compressus vermis tubum cibarium totum edidit, ut *Amphiporus*, idemque (tubus) vermis instar motu proprio diu flectebatur.“ *Ehrenberg.*

SUBTRIBUS IV. RHAGADOCEPHALA. Capitis fissurae (respiratoria?) 1 aut 2 — 4 oppositae.

LI. TUBULANUS *RENIER.*

Nemertes *Oersted.* — Gordius *Delle Chiaje*?

Corpus elongatum teretiusculum. *Caput* strictura a corpore discretum, fissura longitudinali ventrali. *Os* terminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis infra caput acetabuliformis. — Maricolae.

1. Tubulanus elegans *RENIER.*

Corpus retrorsum parum attenuatum, postica parte medio articulatum, segmentis subquadratis, brunneum, spiraliter involutum. *Caput* hemisphaericum, fissura lineari. *Apertura* genitalis subquadrangularis. Longit. 3 — 4″; latit. ad 2‴.

Tubulanus elegans *Renier*: in litteris. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 574. Atlas Aporoceph. Fig. IV. (satis bona excepta fissura). — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. et 579. in nota.

Nemertes elegans *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92.

Habitaculum. In mare adriatico (*Renier*).

2. Tubulanus polymorphus *RENIER.*

Corpus retrorsum parum attenuatum passim constrictum, laete brunneum, fascia longitudinali dorsali alba et 6 — 8 transversalibus. *Caput* hemisphaericum, fissura obsoleta. *Apertura* genitalis subquadrangularis. Longit. $2\frac{1}{2}$″; latit. ad $1\frac{1}{2}$‴.

Tubulanus polymorphus *Renier*: Tavole alla classif. e conosz. degli Anim. Tav. VI. (vermi). — *Blainville*: in Annal. des sc. nat. LVII. 573. Atlas Aporoceph. Fig. 3. (mediocris).

Habitaculum. In mare adriatico (*Renier*).

Specimen auctoris primae et secundae speciei in Mus. Caes. Vindob. servatur.

Tubulanus polymorphus *Delle Chiaje*: in op. cit. IV. 204. Tab. LXII. 8. et 12. et *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 91. (Nemertes) vix huc pertinere videtur.

Species inquirenda.

3. Tubulanus pusillus *DIESING.*

Corpus teretiusculum gracile articulatum, segmentis subquadratis, rubrum. *Caput* conicum, fissura... Long. ultra 6″; latit. $\frac{1}{2}$‴ (secundum iconem).

Gordius pusillus *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. degli Animal. senz. verteb. IV. 177. et 196. Tab. LXIV. 8. et 9.

Habitaculum. Sebeti, in fundo limoso (*Delle Chiaje*).

LII. MECKELIA *LEUCKART.*

Ascaris, Fasciola et Planaria *Müller*. — Borlasia *Oken*. — Gordius *Montagu*. — Linneus *Sowerby*. — Cerebratulus *Renier*. — Carinella *Johnston*. — Nemertes *Hemprich* et *Ehrenberg*. — Ophiocephalus *Quoy* et *Gaimard*. — Polia *Delle Chiaje*. — Serpentaria *Goodsir*.

Corpus elongatum depressum v. teretiusculum, utplurimum sponte transverse fissile. *Caput* corpori continuum aut strictura discretum, fissura longitudinali in utroque margine. *Os* terminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis (os *Auct.*) infra caput, utplurimum acetabuliformis. — Maricolae.

Tubus cibarius totus interdum expellitur.

1. Meckelia Samototomus *LEUCKART.*

Corpus depressum, retrorsum angustatum, obscure cinereum marginibus albo-limbatis, transverse fragile. *Apertura* genitalis subovata. Longit. ad 1′; latit. antice 7‴; postice 5‴.

Cerebratulus marginatus *Renier*: Tavole alla classif. e conosz. degli Animal. Tab. VI. (Vermi). — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 180. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 94. — *Baer*: in Journ. de St. Petersbourg 1847. Avril.

Cerebratulus bilineatus *Blainville* non *Renier*: in Dict. des sc. nat. LVII. 574. Atlas Aporoceph Fig. 2. et 2. a.

Meckelia Somatotomus *Leuckart*: Brev. animal. descript. 17.
Nemertes Somatotomus *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 92.

Habitaculum. In mare adriatico (*Renier* — specim. authente in Mus. Caes. Vindob.) — prope Cette (*Leuckart*) — prope Genuam (*Paretto*).

2. Meckelia bilineata *DIESING.*

Corpus depressum, retrorsum angustatum, antrorsum subglobose tumens, obscure cinereum, carina mediana in utroque latere longitudine corporis. *Apertura* genitalis obsoleta. Longit. $2\frac{1}{2}''$; latit. antice $3\frac{1}{2}'''$; postice $1\frac{1}{2}'''$.

Cerebratulus bilineatus *Renier* non *Blainville*: Tavole alla classif. e conosz. degli Animal. Tab. VI. (Vermi.)

Habitaculum. In mare adriatico (*Renier* — specim. authent. in Mus. Caes. Vindob.).

Cerebratulus bilineatus *Delle Chiaje*: in Op. s. cit. IV. 204. Tab. LXII. 9. vix huc pertinere videtur.

3. Meckelia olivacea *RATHKE.*

Corpus depressum supra convexiusculum subtus planum, antrorsum dilatatum, retrorsum angustatum, olivaceum marginibus albo-limbatis, transverse fragile. *Apertura* genitalis... Longit. ad 5''; latit. ad 4'''.

Meckelia olivacea *Rathke*: in Nov. Act. Nat. Cur. XX. I. 234. — 237.

Habitaculum. Prope Molde in Norvegia (*Rathke*).

4. Meckelia annulata *GRUBE.*

Corpus depressiusculum retrorsum valde angustatum, nigro-viride, fasciis transversis albis interruptis aequaliter distantibus ad 31, transverse fragile. *Apertura* genitalis longe elliptica. Longit. $4\frac{1}{2}''$; latit. $1\frac{1}{4}'''$.

Polia geniculata *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. III. 173. 177. et 181. Tab. XLIII. 10. et Tab. LXXVIII. 4. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. in nota.

Meckelia annulata *Grube*: Actin. Echinoderm. u. Würmer d. Adriat. u. Mittelmeeres 58. Fig. 7. et 7. a. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. in nota.

Nemertes annulata et geniculata *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 91.

Cerebratulus geniculatus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 221. et: Rech. anat. et phys. Tab. XVII. 1.

Habitaculum. Prope Panormum et Neapolim (*Delle Chiaje* et *Grube*).

Cum *Notospermo drepanensi* identicum habet cl. *de Quatrefages*.

5. Meckelia Knerii *DIESING*.

Corpus depressum retrorsum parum angustatum processu brevissimo filiformi, fusco-viride variegatum, fasciis transversis albis ad 60 aequaliter distantibus. *Apertura* genitalis elliptica. Long. 1′ et 2″; latit. antice 4—5‴; postice 3—4‴.

Habitaculum. Prope Sebenico in Dalmatia (*Kner*).

6. Meckelia carmellina *DIESING*.

Corpus supra et antrorsum flavum, retrorsum sensim rubicundum. *Apertura* genitalis... Longit. 3—4′.

Borlasia carmellina *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 196. et Rech. anat. et phys. Tab. XII. 4. et 5.

Habitaculum. Drepani in Sicilia (*Quatrefages*).

7. Meckelia Borlasii *DIESING*.

Corpus depressum lineare, brunneum v. brunneo-nigro-violaceum, supra subtusque lineis tribus longitudinalibus, transverse fragile. *Caput* subdiscretum quadratum, apice rotundatum album. *Apertura* genitalis elliptica. Longit. utplurimum 8—15′, interdum ad 90′; latit. 1—2‴.

See-Longwurm *Borlase*: Hist. of Cornwall 255. 256. Tab. XXVI. 13.

Gordius marinus *Montagu* nec *Linné*: in Linn. Transact. VII. 72. et: in Brit. Zoolog. IV. 74.

Linneus longissimus *Sowerby*: in Brit. Miscell. 15. Tab. VIII. — *Davus*: in Linn. Transact. XI. 292. et: in Isis 1817. 1054.

Borlasia Angliae *Oken*: Lehrb. d. Zool. II. 365. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 575. Atlas XXXVIII. 1. a. — d. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. in nota. — *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 192. — 194. Tab. VIII. 4. et 5. Tab. X. 8. Tab. XII. 3. 4. Tab. XIII. 1. — 3. et 5. — 9. (Anatom.)

Nemertes Borlasii *Cuvier*: Règn. anim. IV. 37. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92. — *Quatrefages*: Règn. anim. illustré. (Zoophyt. 12 livrais.) Tab. XXXIII.

Borlasia longissima *Templeton*: in *Loudon's* Mag. of nat. hist. IX. 236.

Habitaculum. In Anglia prope Devonshire, inter lapides et conchas (*Borlase*) — prope Rupellam (*Blainville*) — prope Chausey,

St. Vaast, St. Malo et ad insulam Bréhat, inter lapides maris (*Quatrefages*).

8. Meckelia Serpentaria *DIESING.*

Corpus depressum, retrorsum attenuatum, nigro-caeruleum utrinque fascia longitudinali flava marginali, transverse fragile. *Caput* continuum acute conicum, apice resupinato flavo. *Apertura* genitalis elliptica. Long. 2 — 9'; latit. 6 — 8'''.

Serpentaria fragilis *Goodsir*: in Annal. of nat. hist. XV. 377. Tab. XX. 1. 2.

Habitaculum. Ad littora Hiberniae (*Goodsir*).

9. Meckelia vittata *DIESING.*

Corpus depressum retrorsum attenuatum, croceum supra fascia nigra mediana longitudine capitis et corporis. *Caput* lanceolatum. *Apertura* genitalis... Longit. 1'; latit. antice ad 2'''; postice $\frac{1}{2}$'''.

Var. violacea. *Corpus* violaceum supra vitta mediana flava nigro-lineata longitudine capitis et corporis, subtus albicans.

Borlasia vittata *Quoy* et *Gaimard*: in Voyage de l'Astrolabe. Zool IV. 287. Atlas Vers apodes Tab. XXIV. 5. 6.

Nemertes vittata *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 91.

Habitaculum. Ad Australasiam prope Hobart-Town (*Quoy* et *Gaimard*).

10. Meckelia Siphunculus *DIESING.*

Corpus depressum subtriquetrum, retrorsum attenuatum rotundatum. *Apertura* genitalis ampla trigona crenata. Long. 8'; latit. 5''' (secundum iconem).

Polia Siphunculus *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. II. 406.—408. 427. et 434. (Anatom.) Tab. XXVIII. 1. — 3.

Astemma? Siphunculus *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 83.

Habitaculum. Prope Neapolim (*Delle Chiaje*).

Tractus cibarius scaber expellitur.

11. Meckelia fusca *DIESING.*

Corpus teretiusculum retrorsum attenuatum, dense annulato-plicatum, fusum. *Caput* conicum. *Apertura* genitalis linearis limbo tumidulo. Longit. $\frac{1}{2}$ — 4'; latit. $\frac{1}{2}$ — 2'''.

Der Strömische Röd-Aat *Müller*: Naturgesch. einig. Würm. d. süss. u. salz. Wass. 118. 119. Tab. III. 2. 3.

Ascaris rubra *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. II. 36.

Ascaris pelagica Act. Hafn. X. 174. Tab. e. 18. 19.?

Planaria fusca *Fabricius*: Fauna Groenland 324.

Planaria fuscescens *Fabricius*: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. IV. 58. — 62. Tab. XI. 8. — 10.

Nemertes fuscescens *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92.

Habitaculum. In littore Norvegiae (*Ström*), — Groenlandiae prope Pullateriak (*Fabricius*).

12. Meckelia carnea *DIESING.*

Corpus elongatum, antice rotundatum, retrorsum attenuatum, carneum. *Apertura* genitalis elliptica. Longit. $2\frac{1}{2}'''$; latit. $1\frac{1}{2}'''$.

Planaria carnea *Rathke*: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. V. 83. Tab. III. 10. a. b. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. in nota.

Polystemma? carneum *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 94.

Habitaculum. In littore Daniae (*Rathke*).

13. Meckelia viridis *DIESING.*

Corpus teretiusculum, passim in globum tumens, retrorsum parum attenuatum, olivaceum. *Caput* elongatum depressum, apice obtusum emarginatum, fissuris intus cinnabarinis marginibus albis et fascia transversa alba medio cuspidata. Macula cinnabarina in utroque corporis margine pone fissuram. *Apertura* genitalis elliptica limbo cinnabarino. Longit. 5 — 6''; latit. 1'''; pars globosa 4'''.

Ophiocephalus viridis *Quoy* et *Gaimard*: in Mémoire envoyé à l'Acad. des scienc. — *Blainville*: in Annal. des sc. nat. LVII. 574.

Borlasia viridis *Quoy* et *Gaimard*: in Voyage de l'Astrolabe Zool. IV. 572. Atlas Vers apodes Tab. XXIV. 9. 10.

Nemertes viridis *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 91.

Habitaculum. In Australasia ad Port-Jackson, inter Fucos (*Quoy et Gaimard*).

14. Meckelia Ehrenbergii *DIESING.*

Corpus teretiusculum nigro-fuscum, antrorsum incrassatum albo-annulatum, retrorsum angustatum. *Apertura* genitalis ampla. Longit. 1'.

Nemertes annulatus *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytozoa turbell. N. 30 3. (et anat.) — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 91.

Borlasia annulata *Grube?*: Actin. Echinoderm. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelmeeres 59.

Habitaculum. Prope Tor Arabiae, inter Corallia serpit. (*Hemprich* et *Ehrenberg*). — Panormi? (*Grube*).

15. Meckelia gracilis *DIESING.*

Corpus teretiusculum, retrorsum attenuatum, antrorsum transverse rugosum, ochraceum lineis longitudinalibus albis. *Caput* corpori continuum subclavatum obtuse quadrangulare. *Apertura* genitalis... Longit. 2 — 3'; latit. 2 — 3'''.

Nemertes gracilis *Goodsir*: in Annal. of nat. hist. XV. 378. Tab. XX. 3.
Linneus gracilis *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 435.

Habitaculum. Ad littora Hiberniae (*Goodsir*).

Species inquirendae.

16. Meckelia pallida *DIESING.*

Corpus teretiusculum filiforme, album, rubrum v. rubrobrunneum, linea longitudinali rufa. *Caput* fissuris (?) parvis. *Apertura* genitalis... Longit. 8 — 10'''; latit. ½'''.

Der Fadenwurm (Gordius pallidus) *Müller*: Naturgesch. d. Würm. d. süssen u. salz. Wass. 107. — 111. Tab. III. 4. 5.

Habitaculum. Hafniae in limo et inter Algas marinas, gregarie in glebas congesta, hyeme (*Müller*).

A celeb. O. F. *Müller* cum *Agamonena* (Filaria) *capsularia* in Halecibus obvia commutata.

17. Meckelia angulata *DIESING.*

Corpus elongatum, antice subacuminatum, angulis duobus albis inscriptum, postice obtusum, supra convexum brunneum, subtus pallidum. *Fissurae*... Longit. ½'; latit. 5'''.

Fasciola angulata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 58.
Planaria angulata *Müller*: in Zool. Dan. prodrom. 2680. — in Fabricii Fauna Groenland. 323. et: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. IV. 53. Tab. II. 1. — 7. — *Gmelin*: System. nat. 3088. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. in nota.

Cerebratulus? angulatus *Oersted*: Entw. einer system. Einth. der Plattw. 94.

Habitaculum. Ad littora Groenlandiae in fundo arenoso (*Fabricius*).

18. Meckelia depressa *DIESING.*

Corpus depressum taeniaeforme, supra pallide violaceum fasciis transversis obscure violaceis, antrorsum fascia lata alba, subtus albo-cinereum. *Fissurae*... Oesophagus inermis. Long. 3—4″; latit. ad 2‴.

Cerebratulus depressus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 220. Tab. XI. 8. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XVII. 14.

Habitaculum. Ad littora Siciliae (*Quatrefages*).

19. Meckelia Cerebratulus *DIESING.*

Fissurae... *Apertura* genitalis ampla cordata. Long....

Cerebratulus bilineatus *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. Tab. LXII. 9.

Nemertes bilineatus *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 91.

Habitaculum. Prope Neapolim (*Delle Chiaje*).

LIII. NEMERTES *CUVIER charact. reform.*

Planaria *Müller*. — Borlasia *Rathke*. — Polystemma et Prostoma *Johnston*. — Cerebratulus et Polia *Quatrefages*.

Corpus elongatum depressum v. teretiusculum. *Caput* corpori continuum v. subdiscretum, fissura longitudinali in utroque margine. *Os* terminale. *Ocelli* 4—12 aut plurimi, antici. *Apertura* genitalis (os *Auct.*) infra caput, interdum acetabuliformis. — Maricolae.

Tubus cibarius totus interdum expellitur.

* *Ocelli* 4—12.

1. Nemertes fumosa *DIESING.*

Corpus planum proteum fusco-viride. *Caput* continuum apice truncatum, fissuris magnis. *Ocelli* 2 in utroque margine, brunneo-nigri. Oesophagus styliferus. Longit. 1—1½″.

Polia fumosa *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 206. 207. et: Rech. anat. et physiol. Tab. XIV. 9. — 11.

Habitaculum. Prope St. Vaast et ad insul. Bréhat, vulgaris (*Quatrefages*).

2. Nemertes vermiculus *DIESING.*

Corpus depressiusculum filiforme, flavido-roseum. *Caput* continuum fissuris parvis. *Ocelli* 4 per paria. Oesophagus styliferus. Longit. 1 — $1\frac{1}{2}''$.

Polia vermiculus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 214. et: Rech. anat. et phys. Tab. IV. 12. — 15.

Habitaculum. Ad insulam Bréhat, in rupium fissuris, minus frequens (*Quatrefages*).

3. Nemertes humilis *DIESING.*

Corpus planum proteum, fusco-brunneum. *Caput* continuum fissuris magnis. *Ocelli* 4 in quadrangulum dispositi. Oesophagus styliferus. Longit. 4 — 5″.

Polia humilis *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 212. Tab. XI. 5. (Spermatozoid.) et Tab. XIV. 7. (Anatom.) et: Rech. anat. et physiol. Tab. XVI. 2. — 4.

Habitaculum. La Torre dell'Isola, in Sicilia (*Quatrefages*).

4. Nemertes melanocephala *JOHNSTON.*

Corpus teretiusculum lineare lacteo-flavescens. *Caput* linea transversa media fusca, fissuris parvis. *Ocelli* 4 in quadrangulum dispositi. Longit. $1\frac{1}{2}''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Nemertes melanocephala *Johnston*: in Mag. of Zool. and Botany I. 535. Tab. XVII. 5. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 577. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 88.
Prostoma melanocephala *Johnston*: in Annal. of nat. hist. XVI. 436.

Habitaculum. Ad littora Angliae (*Johnston*) — in sinu Codano (*Oersted*).

5. Nemertes haematodes *DIESING.*

Corpus teretiusculum filiforme flavido-roseum. *Caput* discretum, fissuris parvis. *Ocelli* 4 in quadrangulum dispositi. Oesophagus styliferus (?). Sanguis ruber. Longit. 3 — $3\frac{1}{2}''$.

Polia sanguirubra *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 208. 209. Tab. XI. 3. et 7. Tab. XII. 1. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XV. 10.—12.

Habitaculum. Prope St. Vaast, St. Malo et ad insul. Bréhat, in ostreariis (*Quatrefages*).

6. Nemertes coronata *DIESING.*

Corpus depressiusculum filiforme, caeruleo-viride. *Caput* continuum, fissuris utrinque binis (?). *Ocelli* 4 in quadrangulum dispositi. Oesophagus styliferus. Longit. 2'.

Polia coronata *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 213. et: Rech. anat. et phys. Tab. XIII. 6.—9.

Habitaculum. Ad insulam Bréhat, in rupium fissuris, vulgaris (*Quatrefages*).

7. Nemertes rufa *DIESING.*

Corpus antrorsum dilatatum truncatum, retrorsum angustatum rotundatum, supra convexum rufum, subtus planum flavescens. *Fissurae* magnae. *Ocelli* 6 nigri in margine supremo capitis, arcuatim dispositi. *Apertura* genitalis (os *Auct.*) longe linearis. Longit. 2''; latit. 2'''.

Borlasia rufa *Rathke*: in Nov. Act. Nat. Cur. XX. 1. 234. — *Frey* u. *Leuckart*: Beitr. z. Kennt. wirbellos. Thiere 72. — 80. var. loc. Tab. I. 15. (cerebrum et proboscis), 16. (tractus intestinalis).

Habitaculum. Christianssund in Norvegia (*Rathke*).

8. Nemertes pusilla *OERSTED.*

Corpus teretiusculum, utrinque aequaliter obtusum, roseum. *Caput* medio constrictum, fissuris parvis. *Ocelli* 6, duo retrorsum siti a 4 superioribus valde remoti. Longit. 4'''; latit. vix $\frac{1}{2}$'''.

Planaria filaris *Müller?*: in Zool. Dan. II. 38. Tab. LXVIII. 18.—20. — *Gmelin*: Syst. nat. 3093.

Nemertes pusilla *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 578. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 90.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

9. Nemertes bioculata *OERSTED.*

Corpus teretiusculum filiforme retrorsum parum angustatum, annulatum, annulis distinctis duplo longioribus q. latis, rufescens. *Fissurae* parvae. *Ocelli* 6. Longit. 1″; latit. 1‴.

Nemertes bioculata *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 577. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 89.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

10. Nemertes badia *OERSTED.*

Corpus teretiusculum, utrinque aequaliter rotundatum v. retrorsum acuminatum, badium, subtus linea longitudinali sulphurea. *Fissurae* parvae. *Ocelli* 6. Longit. 4—5″; latit. 1½‴.

Planaria badia *Rathke?*: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. V. 83. Tab. III. 9.
Nemertes badia *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 578. et: Entw. einer system. Einth. d. Pattw. 89.

Habitaculum. Prope Hofmansgave (*Oersted*).

11. Nemertes opaca *DIESING.*

Corpus planum, proteum, nigrum. *Caput* subdiscretum apice truncatum, fissuris magnis. *Ocelli* quatuor in utroque margine fusco-rubri in lineam dispositi. Longit. 2—3″.

Polia opaca *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 202. 203. et: Rech. anat. et phys. Tab. XIV. 1.—4. et 5. (cerebrum.)

Habitaculum. Insula Tatihou prope St. Vaast (*Quatrefages*).

12. Nemertes spectabilis *DIESING.*

Corpus subaequale planum, supra laete brunneum lineis quatuor longitudinalibus brunneis, duobus externis latioribus et obscurioribus, utroque margine albidum, subtus griseum. *Caput* continuum, fissuris magnis. *Ocelli* 8 in acervos duos longitrorsum dispositi. Oesophagus fasciculatus denticulatus. Longit. 2½″; latit. 1—2‴.

Cerebratulus spectabilis *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 219. 220. Tab. X. 7. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XVII. 12. 13.

Habitaculum. In *Vermetorum* interstitiis, Siciliae (*Quatrefages*).

13. Nemertes olivacea *JOHNSTON.*

Corpus teretiusculum, utrinque aequaliter obtusum, fusco-virescens, antico apice rufescens. *Fissurae* parvae. *Ocelli* 10 submarginales paralleli distantes. Longit. 3″; latit. 1‴.

Planaria bioculata *Johnston*: in Zool. Journ. IV. 56.
Nemertes olivacea *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Botany I. 536. Tab. XVIII. 1. (ocellis solummodo 4). — *Oersted?*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 578. et: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 89.

Habitaculum. Ad littora Angliae (*Johnston*) — in sinu Codano (*Oersted*).

14. Nemertes assimilis *OERSTED.*

Corpus teretiusculum, utrinque aequaliter acuminatum, fusco-flavescens, antrorsum rufescens. *Fissurae* parvae. *Ocelli* 12. Longit. ad $1\frac{1}{2}$″; latit. 1‴.

Nemertes assimilis *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 578. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 90.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

15. Nemertes lateritia *OERSTED.*

Corpus lateritium. *Fissurae* parvae. *Ocelli* 12. Long. 2″.

Planaria lateritia *Rathke*: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. V. 83. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. et 579.
Nemertes lateritia *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92.

Habitaculum. Ad littora Daniae (*Rathke*).

** *Ocelli numerosi.*

16. Nemertes flaccida *OERSTED.*

Corpus teretiusculum filiforme antice acutiusculum, postice obtusum brunneum lineis transversis albis 10 — 12 aequaliter distantibus. *Fissurae* parvae. *Ocelli* 14 per paria dispositi. Longit. $2\frac{1}{2}$″; latit. $1\frac{1}{2}$‴.

Fasciola flaccida *Müller?*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 57.
Planaria flaccida *Müller*: Zool. Dan. prodrom. N. 2678. et: in Zool. Dan. II. 31. Tab. LXIV. 3. 4. — *Gmelin*: Syst. nat. 3088.
Nemertes flaccida *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. et 577. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 89.

Habitaculum. Inter rudera testarum in sinubus Norvegiae (*Müller*) — in sinu Codano (*Oersted*).

17. Nemertes striata *OERSTED.*

Corpus teretiusculum parum depressum, retrorsum attenuatum, nigricans, fasciis atris latis et albo-flavis angustioribus alternantibus tota longitudine corporis. *Caput* albidum fissuris magnis. *Ocelli* 8—9 in margine utriusque fissurae. *Apertura* genitalis ovalis antrorsum angustata. Longit. 1—4'; latit. statu contracto 1'''.

Borlasia striata *Rathke*: in Neuen Schrift. d. Gesellsch. z. Danzig III. 4 Heft. 93.—104. (et anatom.) Tab. VI. 8.—11. et: in Nov. Act. Nat. Cur. XX. 1. 231.—234.

Nemertes striata *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92.

Habitaculum. Prope Molde et Christianssund in Norvegia, in ostreariis (*Rathke*).

18. Nemertes Camillea *DIESING.*

Corpus griseo-nigro-coeruleum v. fusco-rubrum, supra brunneo-maculatum, antrorsum annulato-plicatum. *Caput* subovatum apice truncatum, fissuris parvis. *Ocelli* 14—18 in acervos quatuor dispositi. Longit. 3—4'.

Borlasia Camillea *Quatrefages:* in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 194.—196. Tab. IX. 1. et Tab. XIV. 3. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. X. 4. et 5. et Tab. XII. 1. (Anatom.)

Habitaculum. Prope St. Vaast (*Quatrefages*).

19. Nemertes Antonina *QUATREFAGES.*

Corpus depressiusculum, vinaceo-rubrum. *Caput* elongatum discretum, fissuris magnis. *Ocelli* 20—25 in acervos duos biseriatos dispositi. *Oesophagus* inermis. Longit. ad 1'.

Nemertes Antonina *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 199. et 200. Tab. XIV. 2. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XIII. 1. et 2. 3. (cerebrum.) 4. (proboscis).

Habitaculum. La Torre dell' Isola in Sicilia (*Quatrefages*).

20. Nemertes Mandilla *DIESING.*

Corpus depressiusculum, proteum, rosaceum retrorsum flavidulum. *Caput* discretum, subovatum fissuris parvis. *Ocelli*

in acervos quatuor dispositi, duorum superiorum ocellis 5—6; duorum posteriorum 3 magnis in triangulum dispositis. *Oesophagus* styliferus. Longit. 1—3″.

Polia Mandilla *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. IV. 203. 204. Tab. VIII 1. et 1. a. — Tab. IX. 2. (Anatom.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XV. 1. et 2.

Habitaculum. Prope St. Vaast, vulgaris (*Quatrefages*).

21. Nemertes crassa *DIESING.*

Corpus crassum, depressum, utrinque attenuatum, supra gilvo-brunneum fasciis duabus longitudinalibus obscuris, utroque margine albo-violaceum, subtus rosaceum. *Caput* continuum fissuris magnis. *Ocelli* numerosi in acervos quatuor elongatos antrorsum convergentes dispositi, acervorum externorum ocellis minimis ad 30, internorum majoribus 18—20. *Oesophagus* inermis. Longit. 4—5″; latit. $\frac{1}{2}$″.

Cerebratulus crassus *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 218. 219. Tab. XIV. 6. (Anat.) et: Rech. anat. et phys. Tab. XVI. 13. 14.

Habitaculum. In *Vermetorum* interstitiis litorum Siciliae, haud raro (*Quatrefages*).

22. Nemertes maculata *OERSTED.*

Corpus teretiusculum, utrinque aequaliter obtusum, lacteum. *Fissurae* magnae. *Ocelli* numerosi in maculis plurimis nigris. Longit. 2″; latit. 1‴.

Nemertes maculata *Oersted:* in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 90.

Habitaculum. In sinu Codano (*Oersted*).

Species inquirendae.

23. Nemertes purpurea *JOHNSTON.*

Corpus depressum utrinque attenuatum purpureum v. obscure viride, subtus pallidum. *Caput* continuum, fissuris... *Ocelli* 6—8 paralleli submarginales. Longit. 2—3″; latit. 1‴.

Nemertes (Borlasia) purpurea *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Botany I. 537. Tab. XVIII. 3. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. in nota; et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 91.

Polia purpurea *Quatrefages*?: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 210. 211. et: Rech. anat. et phys. Tab. XVI. 5. 6.

Habitaculum. Sub lapidibus in sinu Berwickcensi (*Johnston*) — ad insulam Bréhat? in rupium fissuris (*Quatrefages*).

24. Nemertes octoculata *JOHNSTON.*

Corpus depressum lineare retrorsum attenuatum, laete brunneum, macula frontali obscura. *Fissurae*... *Ocelli* 6—8 paralleli submarginales. Longit. 3"; latit. $1\frac{1}{2}'''$.

Planaria octoculata *Johnston*: in Zool. Journ. IV. 56.

Nemertes (Borlasia) octoculata *Johnston*: in Magaz. of Zool. and Botany I. 537. Tab. XVIII. 2. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. in nota; et: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 91.

Habitaculum. In sinuBerwickcensi inter lapides (*Johnston*).

25. Nemertes sanguinea *OERSTED.*

Corpus sanguineum subtus pallidum. *Fissurae*... *Ocelli* 8. Longit. 1".

Planaria sanguinea *Rathke*: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. V. 83. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 572. et 579. in nota.

Nemertes sanguinea *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 92.

Habitaculum. Ad littora Daniae (*Rathke*).

Obs. Species n. 23—25, dum constet fissurarum defectus, *Omatopleis* in posterum adnumerandae.

26. Nemertes dubia *DIESING.*

Corpus rosaceum. *Caput* discretum fissuris latis. *Ocelli* 4 minimi antrorsum in lineam seriati, subsequentes 5—6 in acervum circularem dispositi, et 2 maximi in capitis linea mediana. *Os*... Longit. 2—3".

Valencinia dubia *Quatrefages*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VI. 190. 191. et: Rech. anat. et phys. Tab. IX. 6.

Habitaculum. Ad insulam Chausey (*Quatrefages*).

LIV. OPHIOCEPHALUS *DELLE CHIAJE.*

Corpus elongatum. *Caput* discretum fissuris quatuor longitudinalibus apice cruciatim convergentibus. *Os* terminale. *Ocelli* nulli. *Apertura* genitalis (os *Auct.*) infra caput. — Maricolae.

1. Ophiocephalus murenoides *DELLE CHIAJE.*

Corpus elongatum supra convexum, subtus planum, antrorsum subclavatum, retrorsum attenuatum. *Caput* hemisphaericum sulco circulari a corpore discretum. *Apertura* genitalis longe elliptica. Longit. ad 7″; latit. 3—5‴ (secundum iconem).

Ophiocephalus murenoides *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. IV. 204. Tab. LXII. 6. 7. et 13. — 15. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 579. in nota.

Habitaculum. Prope Neapolim? (*Delle Chiaje*).

Genera et sp. fossiles.

LV. NEMERTITES *MURCHISON.*

Corpus longissimum filiforme.

1. Nemertites Olivantii *MURCHISON.*

Longit. ultra 2′; latit. $\frac{3}{4}$‴.

Nemertites Olivantii *Murchison*: The Silur. Syst. II. 701. Tab. XXVII. 4. — *Pictet*: Trait. élément. de Paléontolog. III. 458.

Habitaculum. In formatione Cambrica (*Murchison*).

LVI. LUMBRICARIA *MÜNSTER.*

Vermiculites et Lumbricites *Auct.* — Medusites *Germar.* — Cololites *Agassiz.*

Corpus cylindricum elongatum varie contortum, flexuosum v. rectum.

Pro intestina piscina habet celeb. *Agassiz*; — etiam *Aplysiarum* ovulorum acervis similia.

1. Lumbricaria Filaria *MÜNSTER.*

Corpus longissimum filiforme, contortuplicatum, in massam explanatam congestum, corporibus solitariis. Longit. 1—2′; latit. $\frac{1}{4}$″.

Knorr: Samml. von Merkwürdigk. d. Natur. Tab. XII. 1.

Medusites capillaris *Germar*: in *Keferstein's* Deutschl. geogn. dargest. IV. Tab. I. a. g.

Medusites arcuatus *Germar*: l. s. c. Tab. I. 10.

Lumbricaria Filaria *Münster*: in Goldfuss Petref. Germ. I. 224. Tab. LXVI. 6. a. — c. — *Bronn*: Lethaea Geognost. I. 469. — *Pictet*: Trait. élément. de Paléontolog. III. 460.

Habitaculum. Formatio calcarea lithographica prope Solenhofen (*Germar*, *Comes de Münster*).

2. Lumbricaria conjugata *MÜNSTER.*

Corpus longissimum filiforme, contortuplicatum, in massam implexam explanatam congestum, corporibus binis ternisve coalitis. Longit. 1 — 2′; latit. $\frac{1}{4}$‴.

Lumbricaria conjugata *Münster*: in Goldfuss Petref. Germ. I. 224. Tab. LVI. 5. — *Pictet*: Trait. élément. de Paléontolog. III. 460.

Habitaculum. Formatio calcarea lithographica prope Solenhofen (*Comes de Münster*).

3. Lumbricaria gordialis *MÜNSTER.*

Corpus longissimum, gracile, serpentinum, solitarium v. aggregatum, contortuplicatum v. conglobatum. Longit. 2 — 3′; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Medusites picturatus *Germar*: in *Keferstein's* Deutschl. geogn. dargest. IV. 108. Tab. I. a. 8?.

Lumbricaria gordialis *Münster*: in Goldfuss Petref. Germ. I. 223. Tab. LXVI. a. b.

Habitaculum. Formatio calcarea lithographica prope Solenhofen (*Germar*, *Comes de Münster*).

4. Lumbricaria Intestinum *MÜNSTER.*

Corpus longissimum, undulatum, contortuplicatum, solitarium v. aggregatum, in massam implexam explanatam congesta. Longit. 2 — 3′; latit. $\frac{5}{4}$ — 2″.

Lumbricus marinus *Baier*: Oryct. Nor. Tab. VI. 6. — 9. et Tab. VIII. 2. *Knorr*: Samml. von Merkwürdigk. d. N. Tab. XII. 9.

Vermiculites *Parkinson*: Organ. remains. III. Tab. VI. 13.

Lumbricaria Intestinum *Münster*: in Goldfuss Petref. Germ. I. 223. Tab. LXVI. 1. a. — c.

Habitaculum. Formatio calcarea lithographica prope Solenhofen (*Comes de Münster*).

5. Lumbricaria Colon *MÜNSTER.*

Corpus longissimum gracile, serpentinum v. contortuplicatum et conglobatum, solitarium. Long. ad 2'; latit. 1 — $1\frac{1}{2}$'''.

Knorr: Samml. von Merkwürdigk. d. Natur Tab. XII. 2. — 8.
Vermiculites *Parkinson*: Organ. remains. III. Tab. VI. 12.
Lumbricaria Colon *Münster*: in Goldfuss Petref. Germ. I. 223. Tab. LXVI. 2. a. — d.

Habitaculum. Formatio calcarea lithographica prope Solenhofen (*Comes de Münster*).

6. Lumbricaria antiqua *PORTLOCK.*

Corpus longissimum varie contortum, transverse striatum aut obsolete rugosum. Longit. ad 1'; latit. ad 4'''.

Lumbricaria antiqua *Portlock*: Report on the Geology of Londondery 361. Tab. XXIV. 7.

Habitaculum. Formatio Silurica, Desertéreat in comitatu Tyrone Hiberniae (*Portlock*).

7. Lumbricaria? gregaria *PORTLOCK.*

Corpuscula cylindrica tubuliformia, gregaria. Longit.... latit. vix 1'''.

Lumbricaria gregaria *Portlock*: Report on the Geology of Londond. 361.

Habitaculum. Formatio Silurica, Desertéreat in comitatu Tyrone Hiberniae (*Portlock*).

8. Lumbricaria? recta *MÜNSTER.*

Corpus abbreviatum, utrinque attenuatum, rectum v. flexuosum, solitarium. Longit. 1 — 2"; latit. $\frac{5}{4}$'''.

Lumbricaria? recta *Münster*: in Goldfuss. Petref. Germ. I. a. — g.

Habitaculum. Formatio calcarea lithographica prope Solenhofen (*Comes de Münster*).

TURBELLARIEARUM species incertae affinitatis, quo ad genus summopere dubiae.

PLANARIAE *AUCT.* var. species.

* *Ocelli nulli.*

† Aquarum dulcium incolae.

1. Planaria flexuosa *MÜLLER.*

Corpus elongatum depressum aequale postice truncatum, flavidulum transparens. *Ocelli* nulli. *Os*... Long.... (microscopica).

Gleichen: Abhandl. über Saamen u. Infusionsth. 152. Tab. XXIX. 4. 5. ?
Planaria flexuosa *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 282. post N. 2682. — *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 27. Tab. II. N.

Habitaculum. In aqua nivali (*Gleichen*); in aqua stagnali, Novembri, Decembri et Januario (*Müller* et *Fabricius*).

2. Planaria ciliata *GMELIN.*

Corpus gelatinosum pulposum granulosum lineare depressum, griseum, utroque margine ciliatum. *Ocelli* nulli. *Os*... Longit. (microscopica).

Solea aurea et parva *Joblot?*: Microsc. I. 2. 66. Tab. VIII. 5. Tab. X. 13.
Fasciola ciliata *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 55.
Planaria ciliata *Gmelin*: System. nat. 3087. — *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 76.

Habitaculum. In aqua sub Lemna (*Joblot* et *Müller*).

3. Planaria stagnalis *GMELIN.*

Corpus planiusculum ovatum, fuscum, antrorsum subacuminatum albidum, pallens. *Ocelli* nulli. *Os* subcentrale. Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Fasciola ovata *Pallas*: De inf. intr. viv. 272.
Fasciola stagnalis *Müller*: Verm. terrest. et fluv. hist. I. 2. 53.
Planaria stagnalis *Gmelin*: Syst. nat. 3087. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 563. in nota (Mesostoma). — *Templeton*: in *Loudon's* Magaz. of nat. hist. IX. 239.

Habitaculum. In stagnis (*Pallas* et *Müller*).

4. Planaria coeca *DUGÉS.*

Corpus elongatum planum, antice truncatum emarginatum, postice rotundatum, album. *Ocelli* nulli. *Os*... Longit. 3'''; latit. $\frac{1}{4}'''$.

Planaria coeca *Dugés?*: in Annal. des sc. nat. XXI. 83. Tab. II. 20. — *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 552. in nota.

Habitaculum. In rivulo semel offendit (*Dugés*).

5. Planaria heteroclita *FABRICIUS.*

Corpus subcylindricum, utrinque obtusum, cinereo-album. *Ocelli* nulli. *Os*... Longit. (microscopica).

Planaria heteroclita *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 29. Tab. II. P. 1. 2.

Habitaculum. In aqua inter Lemnas (*Fabricius*).

†† Maricolae.

6. Planaria bilobata *LEUCKART.*

Corpus ovale depressum, antice fissum longe bilobum, fusco-rubrum. *Ocelli* nulli. *Os* ad loborum basim. Long. 12—13‴; latit. 5—6‴.

Planaria bilobata *Leuckart*: in *Rüppel's* Atlas z. Reise im nördl. Africa 12. Tab. III. 2.

Habitaculum. Inter Corallia maris rubri prope Tor (*Rüppel*).

7. Planaria operculata *MÜLLER.*

Corpus subovatum supra convexum, subtus planum, griseum, operculo ventrali tubulum exertilem condente instructum. *Ocelli* nulli. Longit. vix $2\frac{1}{3}$‴; latit. ad $1\frac{1}{4}$‴.

Planaria operculata *Müller*: in Fabricii Faun. Groenland. 325. et: in Zool. Dan. II. 78. Tab. LXVIII. 5. — 8. — *Gmelin*: Syst. nat. 3088. — *Oersted*: Entw. einer syst. Einth. d. Plattw. 55.

Habitaculum. In littoribus Groenlandiae arenosis et inter Fucos minores sinuum, rara (*Fabricius*).

** *Ocelli duo.*

† Aquarum dulcium incolae.

8. Planaria vittata *SCHRANK.*

Corpus lanceolatum, antice obtusum, retrorsum angustatum, album fascia longitudinali mediana brunnea. *Ocelli* nigri. *Os*... Longit. 3‴.

Planaria vittata *Schrank*: Fauna Boica III. 173.

Habitaculum. In Bavariae lacunis (*Schrank*).

9. Planaria grossula *SCHRANK.*

Corpus semicylindricum, utrinque angustatum rotundatum, diaphanum, intraneis brunneis. *Ocelli* nigri. *Os*... Long....

Planaria grossula *Schrank*: Fauna Boica III. 173.

Habitaculum. Angelostadii in fossis, Junio (*Schrank*).

10. Planaria acuminata *SCHRANK.*

Corpus elongatum utrinque obtusum, caudatum, pallidum. *Ocelli* nigri approximati. *Os*... Longit....

Planaria acuminata *Schrank*: Fauna Boica III. 171.

Habitaculum. Angelostadii in fossis (*Schrank*).

11. Planaria Edinensis *DALYELL.*

Corpus utrinque attenuatum, postice truncatum, supra convexum, crista lineari antrorsum evanescente, subtus planum, carneum. *Ocelli* nigri submarginales. *Os*... Long. 3‴.

Planaria Edinensis *Dalyell*: Observat. on Planariae 133. — 144. Fig. 18.
Dalyellia Edinensis *Flemming*: Philos. Zool. II. 605.

Habitaculum. In lacubus prope Edinburgum (*Dalyell*).

12. Planaria nigricans *FABRICIUS.*

Corpus ovato-oblongum retrorsum acuminatum, nigrofuscum. *Ocelli* nigri. *Os*... Longit....

Planaria nigricans *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 28. Tab. II. O.

Habitaculum...

†† Maricolae.

13. Planaria emarginata *FABRICIUS.*

Corpus oblongum antice truncatum emarginatum, flavidulum, retrorsum appendiculo caudali pallido. *Ocelli* duo. *Os*... Longit....

Planaria emarginata *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. II. 30. Tab. II. ¦R.

Habitaculum. In aqua marina, et in conchis vivis, Daniae (*Fabricius*).

14. Planaria limacina *FABRICIUS.*

Corpus oblongum antice truncatum, retrorsum acuminatum, supra convexiusculum fusco-viride, subtus planum albidum. *Ocelli* nigri. *Os*... Longit. 2‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Fasciola capitata *Müller?*: Verm. terrest. et fluviat. hist. I. 70. — *Gmelin*: Syst. nat. 3093 (Planaria).

Planaria limacina *Fabricius*: in Köngel. Danske Vidensk. Selskabs. II. 23. Tab. II. 1.—6.

Habitaculum. Inter *Polysiphoniam fastigiatum Ag.* (*Confervam polymorpham Lin.*), Hafniae (*Fabricius*).

DEROSTOMAE species.

1. Derostoma flavicans *HEMP.* et *EHRENB.*

Corpus ovato-oblongum, antrorsum turgidum, retrorsum attenuatum, flavum. *Ocelli* nulli. *Os*... Longit....

Derostoma flavicans *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. turbell. N. 17. in nota 1.

Habitaculum. Berolini (*Ehrenberg*).

Divisione spontanea transversa facillime multiplicatur *H.* et *E.*

2. Derostoma coecum *OERSTED.*

Corpus depressiusculum, antrorsum acuminatum postice truncatum, lacteo-rubrum. *Ocelli* nulli. *Os*... Long. $1\frac{1}{2}$‴.

Derostoma coecum *Oersted*: in *Kroyer's* Naturhist. Tidssk. IV. 560. et: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 66. Tab. II. 32. (animalc.)

Habitaculum. In fossis, Hafniae (*Oersted*).

VORTEX species.

1. Vortex coeca *OERSTED.*

Corpus subovatum, lacteo-flavescens. *Ocelli* nulli. *Os*... *Penis* cruciatim striatus cylindricus?, spermatozois filiformius apice globul o praeditis. Longit. $\frac{1}{2}$‴.

Vortex coeca *Oersted*: Entw. einer system. Einth. d. Plattw. 66.

Habitaculum. In littoribus Daniae (*Oersted*).

Genus in tribu dubium.

CATENULA *DUGÈS*.

Corpus subcylindricum articulatum, pulpaceum, apertura laterali in singulo articulo. *Tractus* intestinalis simplex, in utroque segmento tumescens. *Caput* discretum, trilobum. — In aqua dulci.

1. Catenula Lemnae *DUGÈS*.

Corpus albidum, articulis bacilliformibus subventricosis, basi capitellatis. Longit. ad $2\frac{1}{2}'''$.

Catenula *Dugès*: in Annal. des sc. nat. XXVI. 199. — 204. Tab. XI. B. 1. — 4. — Isis 1833. 233. Tab. X. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 639.

Habitaculum. In aquis stagnantibus sub Lemnis (*Dugès*).

ORDO III. MYZELMINTHA *D.*

Cercariea *Nitzsch.* — Entozoa Trematoda utplurima *Rudolphi.* — Bdellidea *Blainville.*

Animalcula solitaria, rarissime duplicia (divisione spontanea imperfecta bipartita?), alba v. fusco-alba, interdum tractu cibario succis inquilinis tincto aut ovariis transparentibus colorata, in ***Bdellideis*** utplurimum eleganter picta, transparentia v. opaca; coeca, rarius ocellata. Corpus molle parenchymatosum, depressum, rarius teretiusculum, caudatum v. ecaudatum. Caput continuum v. discretum. Os suctorium terminale v. superum. Cotyle (*Saugnapf*, torganon adhaesionis) nunc hemisphaericum (Acetabulum), utplurimum corpori immersum (porus ventralis, porus posticus et oscula suctoria ***Rudolphi***), nunc oblongum, praeprimis capiti immersum (bothria ***Rudolphi***), imperforatam, unum aut plura v. nullum. Oesophagus saepissime in pharyngem dilatatus. Tractus cibarius utplurimum bifurcatus v. rarissime simplex, ano destitutus v. stipatus. Systema vasorum. Porus excretorius*) (foramen caudale v. foramen cysternae chyli) in illis ano destitutis utplurimum visus. Ganglion cerebrale in multis evictum. Organa genitalia nulla v. utriusque sexus in uno individuo juncta, rarissime discreta (***Distomum Okenii***). Penis (cirrus ***Rudolphi***, organon copulationis aliorum *Auct.*) protractilis filiformis et apertura genitalis feminea. — Propagatio per sporulas in sporocystide?, per ovula aut per vivipartum. — Utplurimum endo- v. ectoparasita, v. extus libere vagantia, nunc aquarum dulcium; nunc maris incolae.

---

*) Confer de hoc organo meam opinionem: in Annal. d. Wiener Mus. I. 2. Heft. 240 — 242.

CONSPECTUS DISPOSITIONIS.

SUBORDO I. CERCARIAEA.

Corpus depressum v. teretiusculum, cauda simplici v. duplici, decidua. Acetabulum nullum v. unicum. Tractus cibarius bifurcatus, v. simplex. Anus nullus. Agama. — Primitive molluscorum endoparasita.

TRIBUS I. DICRANOCOELA.

Tractus intestinalis bifurcatus.

SUBTRIBUS I. ACOTYLEA. Acetabulum nullum.

1. CHEILOSTOMUM. Cauda simplex cylindrica apice furcata.

SUBTRIBUS II. COTYLEA. Acetabulum unicum subcentrale v. basilare.

* *Acetabulum subcentrale.*

2. RHOPALOCERCA. Cauda simplex clavaeformis indivisa, decidua.

3. BUCEPHALUS. Cauda duplex, utraque e basi subglobosa in appendicem corniformem attenuata, decidua.

4. MALLEOLUS. Cauda simplex apice furcata.

5. CERCARIA. Cauda simplex, cylindrica apice attenuata indivisa, decidua. Ocelli nulli.

6. HISTRIONELLA. Cauda simplex cylindrica apice attenuata indivisa, decidua. Ocelli dorsales.

** *Acetabulum basilare.*

7. DIPLOCOTYLE. Cauda simplex teres indivisa, margini dorsali affixa.

TRIBUS II. RHABDOCOELA.

Tractus intestinalis simplex.

8. REDIA. Cauda simplex brevissima tuberculiformis.

ACERCA. Cauda decerpta v. non evoluta.

9. HETEROSTOMUM. Acetabulum subcentrale amplum. Porus ventralis basilaris v. subbasilaris. Cauda nulla.

10. LEUCOCHLORIDIUM. Acetabulum inferum. Porus infra acetabulum transverse semilunaris. Cauda nulla.

SUBORDO II. TREMATODA.

Corpus depressum v. teretiusculum, cauda haud decidua. Acetabulum nullum, unicum v. plura. Tractus cibarius bifurcatus, rarissime simplex, ano destitutus. Androgyna, rarissime sexu discreta. Omnia endoparasita.

TRIBUS I. ACOTYLEA.

Acetabulum nullum.

* *Aperturae genitales remotae longitrorsum dispositae.*

11. TYLODELPHYS. Caput continuum haud excavatum. Aperturae genitales ventrales.

12. DIPLOSTOMUM. Caput strictura discretum acetabuliforme, latere hians. Aperturae genitales in cavo capitis.

13. HEMISTOMUM. Caput strictura discretum acetabuliforme latere hians. Apertura mascula in cavo capitis, feminea in corporis apice caudali.

14. HOLOSTOMUM. Caput strictura discretum acetabuliforme apice hians. Apertura mascula... feminea in corporis apice caudali.

15. EUSTEMMA. Caput strictura discretum, subcylindricum, limbo quadrilobo. Apertura mascula... feminea in corporis apice caudali.

16.? CODONOCEPHALUS. Caput strictura discretum campanulatum v. infundibuliforme. Apertura mascula... feminea in corporis apice caudali.

17.? DIPLODISCUS. Caput continuum haud excavatum. Apertura mascula... feminea (acetabulum *Auct.*) infera aut basilaris.

** *Aperturae genitales approximatae juxtapositae.*

18. MONOSTOMUM. Caput continuum v. collo discretum, haud excavatum. Aperturae genitales valde approximatae.

TRIBUS II. MONOCOTYLEA.

Acetabulum unicum.

19. DISTOMUM. Acetabulum unicum ventrale.

20. RHOPALOPHORUS. Acetabulum unicum ventrale. Tentacula duo os limitantia.

21. AMPHISTOMUM. Acetabulum unicum in extremitate caudali, inferum v. terminale.

22. GYROCOTYLE. Acetabulum unicum in extremitate caudali terminale, intus gyriformes plicatum.

TRIBUS III. POLYCOTYLEA.

Acetabula quatuor v. plura, corpori immediate aut laminae immersa. Tractus cibarius bifurcatus aut simplex.

SUBTRIBUS I. DICRANOCOELA. Tractus cibarius bifurcatus.

* *Somatocotyleae; acetabula corpori immediate immersa.*

23. TETRASTOMUM. Acetabula quatuor in extremitate caudali.

24. GRYPORHYNCHUS. Acetabula quatuor capiti immersa.

25. HEXATHYRIDIUM. Acetabula sex in extremitate caudali.

26. NOTOCOTYLE. Acetabula numerosa dorsalia.

** *Discocotyleae; acetabula laminae propriae immersa.*

27. POLYSTOMA. Acetabula sex; discus caudalis armatus.

28. ASPIDOCOTYLE. Acetabula numerosa; discus caudalis inermis.

SUBTRIBUS II. RHABDOCOELA. Tractus cibarius simplex.

29. ASPIDOGASTER. Acetabula numerosa in lamina ventrali.

SUBORDO III. BDELLIDEA.

Corpus planum, depressum v. teretiusculum. Acetabulum unicum v. plura. Tractus intestinalis nunc bifurcatus ano nullo nunc simplex appendiculis lateralibus horizontalibus v. subnullis, ano dorsali supra acetabulum stipatus. Androgyna. — Omnia ectoparasita aut libere vagantia.

TRIBUS I. POLYCOTYLEA.

Acetabula nunc duo v. plura corpori immediate, nunc laminae propriae immersa. Tractus intestinalis bifurcatus ramosus.

SUBTRIBUS I. EUPOLYCOTYLEA. Acetabula duo aut plura basilaria aut subbasilaria, inermia v. armata. Caput acetabulis v. bothriis instructum aut destitutum.

I. Caput nec acetabulis nec bothriis instructum.

* *Somatocotyleae: Acetabula corpori immediate immersa aut pedicello suffulta.*

30. ANCYROCEPHALUS. Acetabula sex ventralia, in margine postico sessilia. Caput uncinis quatuor armatum.

31. PLAGIOPELTIS. Acetabula octo, in postico corporis margine sessilia; singulum acetabulum minus transverse ellipticum includens.

32. DICLIDOPHORA. Acetabula octo in margine corporis postico. valvulis asserculatis instructa, longe pedicellata.

33.? HEPTASTOMUM. Acetabula quatuor, duo serie longitudinali, duo serie transversali disposita, limbo ciliata.

** *Discocotyleae: Acetabula disco s. laminae propriae immediate immersa, v. pedicello suffulta.*

34. ONCHOCOTYLE. Acetabula sex in disco supra corporis basim adnato, serie duplici immediate imposita, armata.

35. CYCLOCOTYLE. Acetabula octo in laminae margine postico serie semicirculari immersa.

36. SOLENOCOTYLE. Acetabula sex laminae margine postico pedicello suffulta.

II. Caput acetabulis v. bothriis instructum.

* *Somatocotyleae: Acetabula corpori immediate immersa v. pedicello suffulta.*

37. DIPORPA. Acetabula duo basilaria, armata, sessilia.

38. PLECTANOCOTYLE. Acetabula sex in postico corporis margine, armata, sessilia.

39. DICLIBOTHRIUM. Acetabula sex, in utroque margine caudali terna, valvulata, pedicellata.

40. OCTOCOTYLE. Acetabula octo in postico corporis margine, inermia (?), sessilia.

** *Discocotyleae: Acetabula disco s. laminae propriae immediate immersa.*

41. **DIPLOZOON.** Corpus duplicatum. Acetabula sedecim, supra quatuor discos quaterna, armata.
42. **DISCOCOTYLE.** Corpus solitarium. Acetabula octo, serie simplici sinu interrupta, armata.
43. **AXINE.** Corpus solitarium. Acetabula numerosa, serie simplici continua, armata.

SUBTRIBUS II. TRICOTYLEA. Acetabulum unum basilare v. subbasilare, radiatum v. non radiatum. Caput acetabulis v. bothriis duobus minoribus instructum.

* *Atrocha: Acetabulum haud radiatum.*

44. **NITZSCHIA.** Acetabulum sessile campanulatum, disco centrali exiguo.
45. **PHYLLINE.** Acetabulum sessile hemisphaericum centro bicuspidatum et quadrihamatum.
46. **UDONELLA.** Acetabulum sessile urceolare, nec disco centrali nec hamulis instructum.
47. **ENCOTYLLABE.** Acetabulum pedicellatum, campanulatum, hamulis duobus centralibus apice convergentibus.

** *Trochophora: Acetabulum radiatum.*

48. **TROCHOPUS.** Acetabulum pedicellatum novem-radiatum.
49. **TRISTOMUM.** Acetabulum sessile septem-radiatum.

TRIBUS II. MONOCOTYLEA.

Acetabulum unicum basilare v. subbasilare. Tractus intestinalis simplex appendiculatus, v. appendiculis subnullis. Anus dorsalis supra acetabulum.

SUBTRIBUS I. CALICOTYLEA. Acetabulum radiatum v. armatum. Caput corpore continuum.

50. **CALICOTYLE.** Acetabulum urceforme septangulare, intus dissepimentis septem e centro radiantibus.
51. **GYRODACTYLUS.** Acetabulum hemisphaericum simplex, dentibus marginalibus sedecim.
52. **DACTYLOGYRUS.** Acetabulum hemisphaericum duplex, externum dentibus marginalibus duodecim.

SUBTRIBUS II. CEPHALOBDELLIDEA. Acetabulum nec radiatum, nec armatum. Caput discretum disciforme.

* *Centrocephala: Caput centro affixum. Os centrale, maxillis instructum v. maxillis nullis. Coeca.*

† Os maxillis instructum.

53. ASTACOBDELLA. Caput campanulatum.

†† Os maxillis nullis.

54. PELTOGASTER. Acetabulum corneum sessile, limbo cuspidato-stellatum.

55. PACHYBDELLA. Acetabulum corneum, sessile infundibuliforme.

56. TRACHELOBDELLA. Acetabulum haud corneum, sessile.

57. PODOBDELLA. Acetabulum haud corneum, pedicellatum.

** *Eccentrocephala: Caput excentrice affixum. Os excentricum, maxillis nullis. Coeca v. ocellata.*

58. PONTOBDELLA. Ocelli nulli. Caput hemisphaericum. Corpus exappendiculatum.

59. ICHTHIOBDELLA. Ocelli. Caput disciforme. Corpus exappendiculatum.

60. BRANCHIOBDELLA. Ocelli. Caput disciforme. Corpus appendiculatum.

SUBTRIBUS III. EUBDELLIDEA. Acetabulum nec radiatum, nec armatum. Caput subdiscretum v. continuum. Os nunc in tubulum protractile nunc uni- v. bilabiatum.

* *Siphonostomae: Os in tubulum protractile; maxillis nullis. Ocellata aut coeca.*

61. MALACOBDELLA. Ocelli nulli. Acetabulum basilare.

62. CLEPSINE. Ocelli 2, 4, 6, aut 8. Acetabulum subbasilare ventrale.

** *Asiphonostomae: Os in tubulum haud protractile, maxillatum v. maxillis destitutum. Ocellata aut coeca.*

† Maxillae nullae.

63. NEPHELIS. Os plicis internis tribus. Ocelli octo.

†† Maxillae distinctae.

* *Ocelli nulli.*

64. PINACOBDELLA. Corpus annulis tabularibus semicircularibus.

65. TYPHLOBDELLA. Corpus annulis integris haud tabularibus.

** *Ocelli distincti.*

66. TROCHETA. Maxillae internae tres semicirculares compressae, haud denticulatae. Oesophagus plicis tribus longitudinalibus. Ocelli 8.

67. BDELLA. Maxillae internae tres ovales, subcarinatae haud denticulatae. Oesophagus plicis nullis. Ocelli 8.

68. AULOSTOMUM. Maxillae internae tres ovales haud compressae sparse obtuse-denticulatae. Oesophagus plicis 12 longitudinalibus. Ocelli 10.

69. HAEMOPIS. Maxillae internae tres parvae ovales haud compressae sparse obtuse-denticulatae. Oesophagus plicis nullis. Ocelli 10.

70. HIRUDO. Maxillae internae tres dentibus acutis biseriatis. Oesophagus haud plicatus. Ocelli 10.

Genus fossile.

71. HIRUDINELLA. In formatione calcarea lithographica.

SUBORDO I. CERCARIAEA
NITZSCH.

Animalcula solitaria libera decolorata. *Corpus* molle depressum v. teretiusculum, primitive caudatum, cauda sponte decidua, nunc simplici indivisa, nunc apice furcata, v. duplici. *Motus* corporis gliscens, caudae vibrans. *Acetabulum* in parte ventrali, subcentrale v. basilare, in paucissimis nullum. *Caput* corpori continuum. *Os* terminale aut subterminale. *Ocellata*, utplurimum coeca. *Tractus* intestinalis bifurcatus, rarissime simplex, ano destitutus. *Systema* gangliorum... *Systema* vasorum... *Porus* excretorius... *Organa* genitalia nulla. *Propagatio* per sporulas in sporocistide diversiforme evolutas. *Sporulae* vario evolutionis gradu dentatae, demum in animalculum evolutae sporocystidem deserentes, in aqua libere natantes. — *Cauda* decerpta (in sporocystidem s. sporothecam increscente?) corpus in nympham s. pupam vertitur et vermiculus *Monostomo*, *Distomo* aut *Diplodisco* similis prodit. — *Primitive* molluscorum organa quaelibet praeter tractum intestinalem inhabitant. — *Animalcula* microscopica lineam magnitudine vix excedentia.

TRIBUS I. DICRANOCOELA.

Tractus intestinalis bifurcatus.

SUBTRIBUS I. ACOTYLEA. Acetabulum nullum.

I. CHEILOSTOMUM *DIESING.*

Cercaria *Abildgaard.*

Corpus subcylindricum ventricosum. *Os* terminale protractile elevato-marginatum. *Acetabulum* nullum. *Cauda* cylindrica apice furcata.

1. Cheilostomum varicans *DIESING.*

Cauda longitudine corporis. *Sporocystis*... Longit. corporis...

Cercaria varicans *Abildgaard*: in Skrivt. af Naturhist. Selskab. III. I. Heft. 89. Tab. III. a. 1. — 4.

Habitaculum primitivum ignotum, in aqua rivulari (*Abildgaard*).

SUBTRIBUS II. COTYLEA. Acetabulum unicum subcentrale v. basilare.

II. RHOPALOCERCA *DIESING.*

Distoma *Baer.*

Corpus oblongum ventricosum depressum. *Os* subterminale. *Acetabulum* centrale. *Cauda* clavata decidua.

1. Rhopalocerca tardigrada *DIESING.*

Cauda longitudine fere corporis. *Sporocystis* ovalis opaca $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}'''$ longa, 2 — 6 individua includens. Longit. corporis $\frac{1}{2}'''$; caudae $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}'''$.

Distoma duplicatum *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 559. — 570. Tab. XXIX. 1. (sporocystis). 2. — 12. (Animalc.) 13. 14. (monstros.) — *Steenstrup*: Über Generationswechsel. 94. (de evolutione).

Jacobson: in Kongel. Danske. Vidensk. Selsk. natur. Abelige og Mathem. Afhandl. 301. Tab. VIII. 1. — 4.

Habitaculum. *Anodonta ventricosa*: ad renes, hepar, nec non in pericardio; Regiomontii (*Baer*) — Hafniae (*Jacobson*).

III. BUCEPHALUS *BAER*.

Corpus ovato-lanceolatum depressum. *Os* subterminale limbo calloso. *Acetabulum* centrale. *Cauda* in margine postico inferiore corporis duplex, utraque e basi globosa in appendicem deciduum (sporocystidem?) corniformem corpus superantem attenuata.

1. Bucephalus polymorphus *BAER*.

Sporocystis longissima dichotoma moniliformis. Longit. corporis $\frac{1}{2}$—1‴; caudae $1\frac{1}{2}$‴.

Bucephalus polymorphus *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 570. — 589. Tab. XXX. 1. — 10. (Sporocystis). 11. — 27. (Animalc. in vario gradu evolutionis). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 478.

Jacobson: in Köngel. Danske Vidensk. Selskab. natur. Abelige og Mathem. Afhandl. 301. Tab. VIII. 1. — 3.

Garner: in Isis 1838. 830. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1839. 2. 165.

Habitaculum. *Unio pictorum*. — *Anodonta anatina* et *cellensis*: ad regionem renalem, hepatis, ovariorum et in pallio, intra sporocystides, aestate; Regiomontii (*Baer*) — Hafniae (*Jacobson*).

IV. MALLEOLUS *EHRENBERG*.

Vibrio *Müller*. — Cercaria *Nitzsch*. — Histrionella *Bory*.

Corpus elongatum depressum. *Os* subterminale. *Acetabulum* centrale tubuliforme. *Cauda* teres simplex apice furcata.

1. Malleolus furcatus *EHRENBERG*.

Cauda corpore duplo fere longior. *Sporocystis* cylindrica motu gaudens, 2—4‴ longa, hinc inde in tubulum filiformem constricta, extremitatibus rotundatis, individua plurima includens. Longit. corporis et caudae 1‴.

Vibrio Malleus *Müller*: Zool. Dan. prodrom. 2457. — Verm. terrest. et fluv. hist. I. 1. 47. — ej. Animalc. infus. 58. Tab. VIII. 7. 8. — *Gmelin*: Syst. nat. 3898.

Zirkelthier *Eichhorn*: Beitr. z. Naturgesch. d. Wasserth. 86. Tab. VII. Fig. U. X. Y.

Histrionella fissa *Bory*: in Dict. class. d'hist. nat. VIII. 252. et: in Encycl. méth. Zoophyt. II. 456.

Cercaria furcata *Nitzsch*: Beitr. z. Infusorienkunde. 49. Tab. II. 12.—18. et: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XVI. 68.

Cercaria VI. *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 627. Tab. XXXI. VI. a. et * (sporocystis) VI. b. (animalc.)

Malleolus furcatus *Ehrenberg*: Infusionsth. 465.

Habitaculum. *Limnaeus stagnalis*: in corporis superficie, Hallae (*Nitzsch*). — *Paludina vivipara*: ad hepar, renes et testiculos, in sporocystide; Regiomontii (*Baer*).

V. CERCARIA *NITZSCH*.

Distoma *Filippi* et *Steenstrup*.

Corpus oblongum depressum mutabile. *Os* subterminale, inerme v. armatum. *Acetabulum* subcentrale. *Cauda* filiformis simplex apice attenuata, decidua.

* *Os inerme.*

1. Cercaria minuta *NITZSCH*.

Corpus elongatum limbo postico marginatum. *Os* anticum. *Acetabulum* centrale. *Cauda* transverse plicata corpore brevior. *Sporocystis*... Longit....

Cercaria minuta *Nitzsch*: Beitr. z. Infusorienkunde 46. Tab. II. 9.—11. et: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XVI. 68.

Habitaculum. In Molluscorum variorum aquarum dulcium corporis superficie; Hallae (*Nitzsch*).

2. Cercaria vesiculosa *DIESING*.

Corpus ovale antrorsum attenuatum, vesiculis minimis circumscriptis adspersum. *Os* anticum anguste oblongum. *Acetabulum* centrale. *Cauda* transverse plicata corpore longior. *Sporocystides* ovales $\frac{1}{3}'''$ longae, sporulis 3 — 12 ovalibus inordinatim dispositis repletae, plurimae 100 — 20,000 ope membranae pellucidae in receptaculum commune interdum pollicem longum coadunatae. Longit. animalc. $\frac{1}{6}'''$.

Cercaria I. *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 621. Tab. XXXI. 1. (sporocystides cum integumento communi) 1. a. (Sporocystis singula) 1. b. 1. — 4. (animalcula).

Habitaculum. *Paludina vivipara*: ad organa genitalia in sporocystide; Regiomontii (*Baer*).

3. Cercaria brachyura *DIESING.*

Corpus elongatum, proteum. *Os* anticum ellipticum. *Acetabulum* subcentrale amplissimum. *Cauda* laevis v. transverse plicata, corpore triplo brevior. *Sporocystis*... Long...

Distoma polymorphum *Filippi*: in Biblioth. Ital. LXXXVII. 337. Fig. 8. — 14.

Habitaculum. *Planorbis submarginatus*: in corporis superficie; Ticini (*Filippi*).

4. Cercaria Virgula *DIESING.*

Corpus ovale. *Os* anticum ellipticum. *Acetabulum* centrale amplissimum. *Cauda* transverse plicata corpore triplo brevior. *Sporocystis*... Longit....

Distoma Virgula *Filippi*: in Biblioth. Ital. LXXXVII. 338. Fig. 15.

Habitaculum. *Paludina impura* et *Valvata piscinalis*: inter viscera; Ticini (*Filippi*).

Vesiculis duabus subglobosis pone os sitis e corpore interiore translucentibus a specie praecedente utplurimum differre videtur.

5. Cercaria chlorotica *DIESING.*

Corpus ovale antrorsum angustatum, macula laete viridi notatum. *Os* anticum. *Acetabulum* subcentrale inferum. *Cauda* laevis, longitudine fere corporis. *Sporocystis* elliptica, sporulis 6 — 8 bi- vel triserialibus, medio macula semilunari viridescente notatis. Longit....

Cercaria II. *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 622. Tab. XXXI. II. a. (sporocystis) II. b. (animalcula).

Habitaculum. *Paludina vivipara*: ad renes in sporocystide; Regiomontii (*Baer*).

6. Cercaria brunnea *DIESING.*

Corpus ovale antrorsum angustatum laete brunneum. *Os* anticum ellipticum v. suborbiculare. *Acetabulum* centrale. *Cauda* laevis longitudine fere corporis. *Sporocystis* pedicel-

lata triloba, lobis elongatis teretiusculis brunneo-maculatis. Longit....

Cercaria III. *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 623. Tab. XXXI. III. a. (sporocystis) III. b. (animalculum).

Varietas? *Corpus* elongatum utrinque rotundatum. *Os* anticum. *Acetabulum*... *Cauda* laevis corpore brevior. *Sporocystis* subcylindrica elongata, utrinque rotundata laete flavescens. Long....

Cercaria III. * *Baer*: l. s. c. Tab. XXXI. III * (sporocystis et animalculum).

Habitaculum. *Limnaeus stagnalis*: in superficie intestinorum, in sporocystide; Regiomontii (*Baer*).

7. Cercaria fallax *DIESING.*

Corpus ovale antrorsum latius. *Os* anticum. *Acetabulum* subcentrale inferum. *Cauda* transverse plicata corpore longior. *Sporocystis* 1—2‴ longa libera, motu rotatorio gaudens, elongata teretiuscula, antrorsum incrassata, retrorsum in tubulum protractilem attenuata, apice apertura exigua disciformi, antrorsum processibus binis brevissimis, retrorsum totidem triplo longioribus tubuliformibus instructa. Longit....

Schwammerdam: Bibel der Natur 75.

Bojanus: in Isis 1818. 729. Tab. IX. A. B. C. (sporocystis). D. E. F. (animalcula).

Cercaria VII. *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 629. Tab. XXXI. VII. a. (sporocystis). VII. b. (animalculum.)

Cercaria echinata *Siebold?*: in *Burdach's* Physiol. 2. Aufl. II. 187. — et: in *Müller's* Arch. f. Physiol. 1843. VI. Heft. LVII. — LX. — *Steenstrup*: Über Generationswechsel 51. — 78. Tab. II. (de evolutione). — *Henle*: Zeitschr. f. ration. Mediz. III. 6. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1845. II. 228.

Distoma pacifica *Steenstrup*: l. s. c. 135. et *Siebold*: in *Müller's* Arch. 1843. VI. Heft. LIV. — LVII.

Habitaculum. *Paludina vivipara*: in corporis superficie, (*Schwammerdam*); copiosissime aestate, Regiomontii (*Baer*). — *Limnaeus stagnalis*: in corporis superficie nec non in hepatis substantia; Vilnae (*Bojanus*).

Sporocystis a celeb. *de Baer* l. s. c. depicta, animalculo e *Monostomi mutabilis* ovo expulso orto, a celeb. *de Siebold* (in *Wiegmann's* Arch. 1835. 1. Tab. I. 7. et 9.) delineato, simillima.

** *Os armatum.*

8. Cercaria armata *SIEBOLD.*

Corpus ovatum antrorsum angustatum. *Os* anticum limbo crenato aculeo pugioniformi protractili armatum. *Acetabulum* subcentrale. *Cauda* laevis corpore vix longior. *Sporocystis* elongata incurvata utrinque clausa. Long. corporis et caudae 1‴.

Wagner Rud.: in Isis 1834. 131. Tab. I. 4. (optima). — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1835. I. 336.

Cercaria armata *Siebold*: in *Burdach's* Physiol. 2. Aufl. II. 187. — *Steenstrup*: Über Generationswechsel 78. — 94. Tab. III. 1. — 6. (de evolutione).

Distoma tarda *Steenstrup*: l. s. c. 138.

Habitaculum. *Limnaeus stagnalis*: in corporis superficie et in sporocystide, autumno gregarie (*Wagner*, *Siebold et Diesing*)

Species inquirendae.

9. Cercaria Helicis viviparae *DIESING.*

Distoma *Bojanus*: in Isis 1818. 730. (non descriptum).

Habitaculum. *Paludina vivipara*: ad hepar, Vilnae (*Bojanus*).

Celeb. *Bojanus* sporocystidem *Distomo ocreato* similem pro *Distomi* speciem ipsam habuit.

10. Cercaria Planorbis cornei *HENLE.*:

in *Müller's* Arch. f. Physiol. 1835. 597.

Habitaculum. *Planorbis corneus*: ad ovaria, in sporocystide *Distomo* simili (*Henle*).

11. Cercaria Cycladis rivicolae *SIEBOLD.*:

in *Müller's* Arch. f. Physiol. 1837. 388.

Habitaculum. *Cyclas rivicola*: in sporocystide, ad hepar (*Siebold*).

12. Cercaria Tellinae balticae *SIEBOLD.*:

in *Müller's* Arch. f. Physiol. 1837. 388.

Habitaculum. *Tellina baltica*: in sporocystide ad ovarium; Gedani (*Siebold*).

VI. HISTRIONELLA *BORY et EHRENB.*

Cercaria *Nitzsch.* — Brachionus *Schrank.*

Corpus oblongum depressum mutabile, dorso superne punctis duobus nigricantibus transverse parallelis et ocellis duobus intermediis. *Os* subterminale. *Acetabulum* subcentrale amplum. *Cauda* filiformis simplex apice attenuata, decidua.

1. Histrionella ephemera *EHRENBERG.*

Corpus oblongum. *Os* anticum. *Acetabulum* subcentrale. *Cauda* transverse plicata corpore duplo longior. *Sporocystis*... *Pupa* sphaeroidea brunnea, duriuscula. Longit. corporis. .

Cercaria ephemera *Nitzsch*: in Georgia 1807. N. 33.—36. et: Beitr. z. Infusorienkunde 29. Tab. I. 1. — 13. et: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XVI. 67. — *Steenstrup*: Über Generationswechsel 94. (de evolutione). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 478.

Cercaria V. *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 625. Tab. XXXI. V. a. et a. * (pupa).

Histrionella ephemera *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. Entozoa Tab. VI. 3. (animalculum). — *Siebold*: in *Müller's* Arch. 1843. VI. Heft. LIX.

Habitaculum. *Planorbis corneus*: in corporis superficie; Aprili Hallae (*Nitzsch*). — Berolini (*Ehrenberg*). — *Paludina vivipara*: in atrio cordis; Regiomontii (*Baer*).

2. Histrionella Lemna *EHRENBERG.*

Corpus elongatum limbo postico medio emarginato. *Os* anticum. *Acetabulum* centrale. *Cauda* marginibus crenata (setosa?) corpore longior. *Sporocystis*... Longit. $\frac{1}{2}$ — 1‴.

Cercaria Lemna *Müller*: Zool. Dan. prodrom. N. 2485. — Verm. terrest. et fluv. hist. I. 1. 67. ej. Animalc. infus. 122. Tab. XVIII. 8.—12. — *Hermann*: in Naturf. XX. St. 160. Tab. III. 43. a. — d. — *Gmelin*: Syst. nat. 3892. — *Wagner*: in Isis 1832. 394. Tab. IV. 1. — 6.

Brachionus Proteus *Schrank*: Beitr. z. Naturg. 102. Tab. IV. 8. — 14.

Cercaria major *Nitzsch*: Beitr. z. Infusorienkunde 44. Tab. II. 1. — 8. et: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XVI. 68.

Histrionella annulicauda *Bory*: in Dict. class. d'hist. nat. VIII. 253. et: in Encycl. méth. Zoophyt. II. 457.

Histrionella Lemna *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. Entozoa *Ehrenberg*: Infusionsth. 118. Nachtrag z. Gattung Distigma.

Habitaculum. *Limnaeus stagnalis* et *Planorbis corneus*: in corporis superficie (*Nitzsch*). — *P. carinatus* (*Wagner*).

Species inquirendae.

3. Histrionella alata *EHRENBERG.*

Corpus elongatum. *Os*... *Acetabulum* centrale (?). *Cauda* utrinque alata corpore brevior, apice obtusa. *Sporocystis*... Longit. corporis...

Histrionella alata *Hemprich* et *Ehrenberg*: Symb. phys. Phytoz. Entozoa.

Habitaculum primitivum ignotum, in aquis Berolini (*Ehrenberg*).

Habitu et magnitudine ad Hist. Lemnam accedit.

4. Histrionella inquieta *BORY.*

Corpus subcylindricum depressiusculum. *Os*... *Acetabulum* caudae approximatum. *Cauda* longitudine corporis, laevis. *Sporocystis*... Longit. corporis...

Cercaria inquieta *Müller*: Animal. infus. 121. Tab. XVIII. 3. — 7. — *Nitzsch*: Beitr. z. Infusorienkunde. 47.

Histrionella inquieta *Bory*: in Dict. class. d'hist. nat. VIII. 233. et: in Encycl. méth. Zoophyt. II. 457. — *Ehrenberg*: Infusionsth. 118. Nachtr. z. Gattung Distigma.

Habitaculum primitivum ignotum, in aqua marina, Hafniae (*Müller*).

5. Histrionella bilineata *DIESING.*

Corpus elongatum superne lineis duabus (ocellis?) longitudinalibus semicirculariter convergentibus; retro macula circulari. *Os*... *Acetabulum*... *Cauda* corpore brevior. *Sporocystis*... Longit. corporis...

Cercaria bilineata *Haldeman*: Supplem. of a Monograph. of the Limniades 3.

Habitaculum. *Limnaeus Catascopium*: in corporis superficie; in Pennsylvania (*Haldeman*).

VII. DIPLOCOTYLE *DIESING.*

Diplodiscus *Filippi.*

Corpus obovatum v. conicum depressiusculum. *Os* terminale. *Acetabulum* basilare centrale, margine corporis elevato cinctum. *Cauda* teres simplex margini basilari affixa.

1. Diplocotyle mutabile *DIESING.*

Cauda corpore duplo brevior. *Sporocystis*... Long. corporis 1‴.

Diplodiscus Diesingi *Filippi*: in Biblioth. Ital. LXXXVII. 334. Fig. 1.—5.

Habitaculum. *Planorbis nitidus*: in corporis superficie frequentissime; Ticini (*Filippi*).

TRIBUS II. RHABDOCOELA.

Tractus intestinalis simplex.

VIII. REDIA *FILIPPI.*

Corpus cylindricum apice truncatum, basi rotundatum. *Os* terminale. *Acetabulum* nullum. *Cauda* brevissima. *Oesophagus* infundibuliformis; ventriculus subpyriformis; tractus intestinalis undulatus.

1. Redia gracilis *FILIPPI.*

Cauda tuberculiformis. *Sporocystis*... Long. corporis...

Redia gracilis *Filippi*: in Biblioth. Ital. LXXXVII. 336. Fig. 6.—7.

Habitaculum. *Planorbis nitidus*: in corporis superficie; Ticini (*Filippi*).

Acerca: Cauda decerpta aut non evoluta?

IX. HETEROSTOMUM *FILIPPI.*

Distoma *Baer.*

Corpus elongatum depressum, marginibus ciliatis. *Os* anticum orbiculare limbo prominulo. *Acetabulum* subcentrale amplum. *Cauda* nulla. *Porus* basilaris v. subbasilaris (caudae decerptae rudimentum?).

1. Heterostomum echinatum *FILIPPI.*

Corpus ellipticum utrinque attenuatum rotundatum, flavescens. *Acetabulum* centrale. *Porus* basilaris. Longit. $\frac{1}{6}'''$.

Heterostoma echinatum *Filippi*: in Biblioth. Ital. LXXXVII. 338. Fig. 16. — 18.

Habitaculum. *Paludina impura*: in corporis superficie; Ticini (*Filippi*).

Cl. de *Filippi* marginum cilia echina dicit.

2. Heterostomum ovatum *DIESING.*

Corpus ovato-oblongum, retrorsum attenuatum, flavescens. *Acetabulum* subcentrale. *Porus* subbasilaris. Long. $\frac{1}{3} - \frac{1}{2}'''$.

Distoma luteum *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 610. Tab. XXIX. 20. — 22.

Habitaculum. *Paludina vivipara*: ad testiculos et hepar in folliculo membranaceo inclusum (pupa); Regiomontii (*Baer*).

3. Heterostomum? Limnaei *DIESING.*

Corpus laeve, obovatum v. subglobosum, supra convexum subtus concavum. *Os* anticum. *Acetabulum* ore majus, subcentrale. Longit. $\frac{1}{5} - \frac{1}{2}'''$; latit. ad $\frac{1}{10}'''$.

Distomum Limnaei *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 473.

Habitaculum. *Limnaeus palustris*: ad hepar; Rhedoni (*Dujardin*).

4. Heterostomum? Limacis *DIESING.*

Corpus laeve, ovale. *Os* et *acetabulum* subglobosa. Longit. $\frac{1}{4} - \frac{1}{2}'''$; latit. ad $\frac{1}{10}'''$.

Distoma Limacis *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 472. 473.

Habitaculum. *Limax agrestis*, *cinereus* et *rufus*: ad hepar et intestina; Rhedoni (*Dujardin*).

5. Heterostomum? Helicis asperae *DIESING.*

Corpus valde contractile. *Os* et *acetabulum* ampla, ejusdem magnitudinis. *Sporocystis* oblonga fusiformis v. bifurcata, animalculis 4 — 12. Longit. corporis $\frac{1}{10} - \frac{1}{2}'''$.

Distomum Helicis asperae *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 472.

Habitaculum. *Helix aspera*: ad hepar, in sporocystide; Rhedoni (*Dujardin*).

6. Heterostomum? Helicis Pomatiae *DIESING.*

Longit. $1\frac{1}{2}'''$.

Distoma Helicis Pomatiae *Henr. Meckel*: in *Müller's* Arch. 1846. 5. et 71. Tab. I. 7.

Habitaculum. *Helix Pomatia*: in rene (*Meckel*).

X. LEUCOCHLORIDIUM *CARUS.*

Vermis dubius Helicis putris *Rudolphi.*

Corpus elongatum depressum. *Os* anticum. *Acetabulum* inferum. *Cauda* nulla. *Porus* infra acetabulum transverse semilunaris (caudae decerptae rudimentum?).

1. Leuchloridium paradoxum *CARUS.*

Corpus utrinque angustatum rotundatum. — *Sporocystis* 6—10‴ longa cylindrica albicans fasciis transversis viridibus et antice maculis brunneis picta, appendice filiformi basilari decolore in pedunculum communem racemosum confluente. *Motus* undulans. Longit. corporis $\frac{1}{6}'''$.

Ahrens: in Magaz. d. Gesellsch. Naturf. Fr. z. Berlin IV. 292. Tab. IX. 12.—19. — Isis 1818. 1467.

Vermis dubius Helicis putris *Rudolphi*: Synops. 198. et 568.

Leucochloridum paradoxum *Carus*: in Ämtl. Bericht d. Versamml. d. deutsch. Naturf. und Ärzte in Breslau. 36. et: in Nov. Act. Nat. Cur. XVII. 1. 87. Tab. VII. 1.—7. (sporocystis) 8.—10. (animalcula). — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1835. 1. 334. — *Creplin*: in *Ersch* u. *Grub.* Encycl. XXXII. 302. — *Steenstrup*: Über Generationswechsel 103. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 479.

Habitaculum. *Succinea amphibia*: in superficie tentaculorum, in sporocystide individua 150—300, singula folliculo diaphano ovali (pupa?) inclusa; Septembri et Octobri in Saxonia (*Ahrens*), Julio (*Carus*).

In interiore sporocystidis pariete (strato prolifero?) globulos minimos pedicellatos celeb. *Carus* vidit, quos pro gemmis habet.

Sporocystides ramosae 5‴ longae decolores in hepate ejusdem animalis repertae et l. s. c. Tab. VII. 11.—17. depictae, aut generis prioris pedunculus ramosus, aut generi alio Cercariarum adscribendae.

SUBORDO II. TREMATODA
RUDOLPHI exclus. exclud.

Animalcula solitaria libera v. folliculo s. capsula inclusa, utplurimum decolora opaca aut transparentia. *Corpus* molle parenchymatosum, planum v. depressum, rarius teretiusculum. *Acetabulum* nullum, unum v. plura, ventralia, rarissime dorsalia. *Caput* corpori continuum v. subdiscretum. *Os* terminale v. subterminale (superum s. anticum). *Ocelli* (in adultis saltem) nulli. *Tractus* intestinalis bifurcatus v. dichotome ramosus, rarissime simplex [1]) ano destitutus. *Porus excretorius* dorsalis supra caudae apicem in plerisque visus. *Systema* vasorum duplex. *Systema* gangliorum in paucis observatum. *Androgyna*, rarissime sexu discreta [2]). *Aperturae* genitalium discretae, approximatae subparallelae v. remotae. *Penis* (cirrus v. organon copulationis) filiformis retractilis, vaginatus aut vagina destitutus. *Testiculi* duo rarissime unicus, ovaria duo. — *Ovipara*, rarissime vivipara. *Proles* (in nonnullis saltem) parentibus dissimiles, ciliati, ocellati, *prothelminthiis aproctis* similes, vivaciter natantes. — *Omnia* endoparasita, organa varia inhabitantia. *Bdellidearum* protypa.

TRIBUS I. ACOTYLEA.

Acetabulum nullum.

* *Aperturae genitales remotae, longitrorsum postpositae.*

XI. TYLODELPHYS *DIESING.*

Diplostomum *Nordmann* ex parte.

Corpus depressiusculum oblongum. *Caput* corpori continuum, haud excavatum. *Os* subterminale anticum. *Aperturae* genitales serie longitudinali postpositae acetabuliformes, mascula (acetabulum *Auct.*) subcentralis, feminea infera. *Porus excretorius* in margine apicis postici? — *Piscium* oculos et *Amphibiorum* organa varia, folliculo inclusa, inhabitant.

---

[1]) In genere *Aspidogaster.*

[2]) *Distomum Okenii.*

1. Tylodelphys clavata *DIESING.*
Polystoma Pinguicola *Zeder*: Naturg. d. Eingeweidew. 230. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 455. ej. Synops. 125. et 437. — *Bremser*: Leb. Würmer. 233. Tab. IV. 15. — 17. (ic. *Treutl.*) et trad. par *Grundler* 1837. 272. Tab. VIII. 5. — 7. — *Delle Chiaje*: Comp. di Elmintograf. umana 2. ediz. 13. et 117. Tab. II. 14. (ic. *Treutl.*) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 319.

Linguatula Pinguicola *Lamarck*: Hist. nat. des anim. s. verteb. 2 édit. III. 594.

Hexastoma Pinguicola *Cuvier*: Règne anim. nouv. édit. III. 264.

Habitaculum. *Homo*: in ovarii textus cellulosi tuberculo, semel repertum (*Treutler*).

2. Hexathyridium venarum *TREUTLER.*

Corpus obtuse lanceolatum. *Acetabula* longitudinaliter biseriata. Longit. 2 — 3‴; latit. $\frac{1}{2}$ — 2‴.

Hexathyridium venarum *Treutler*: Obs. pathol. anat. 23. Tab. IV. 1.—3. (acetabula icone non exprimuntur). — *Jörden*: Helminth. 67. Tab. VI. 6. — 8. (ic. *Treutl.*) — *Rudolphi*: Entoz. hist. I. 352. — *Brera*: Memorie 101. Tab. II. 3. et 4. (ic. *Treutl.*) — *Bremser*: Leb. Würmer 265. vig. (ic. *Treutl.*) et trad. par *Grundler* 1837. 327. Tab. X. 14.

Polystoma venarum *Zeder*: Nat. d. Eingeweidew. 231. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 457. ej. Synops. 126. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 321.

Polystoma Sanguicola *Delle Chiaje*: Comp. di Elmintograf. umana 2 ediz. 14. et 118. Tab. II. 15. et: Opuscul. Fisico-medici 1833. 145. — 160. et: in *Omadei* Ann. univ. di medic. 1837. LXXXIV. 5. excerp. in *Froriep's* Neue Notiz. IV. 245. — *Frick*: in *Oppenheim's* Zeitschr. f. d. gesammte Medic. 1838. VII. 99.

Linguatula venarum *Lamarck*: Hist. nat. des anim. s. verteb. 2. édit. III. 594.

Hexastoma venarum *Cuvier*: Règne anim. édit. III. 264.

Hexacotyle venarum *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XXI. 144. et LVII. 571.

Habitaculum. *Homo*: in sanguine venae tibialis anticae disruptae (*Treutler*); in sanguine e vena misso (*Follina*); in sanguine a haemoptisico ejecto, Neapoli (*Chiaje*).

3. Hexathyridium affine *DIESING.*

Corpus utrinque attenuatum rotundatum, acetabula... Longit...

Schmitz: De verm. in circulat. vivent. Diss. inaug. 1826. 15. Fig. 1. — 13.

Habitaculum. *Bombinator igneus*: in mesenterii vasis sanguineis aestate, Berolini (*Schmitz*).

XXVI. NOTOCOTYLE *DIESING.*

Fasciola *Frölich.* — Festucaria *Schrank.* — Monostoma *Zeder* et *Rudolphi.*

Corpus oblongum depressum. *Caput* corpore continuum. *Os* subterminale anticum. *Acetabula* numerosa (24—50) juxta totam dorsi convexiusculi longitudinem triseriata sessilia, orbicularia, limbo callosa. *Penis* ventralis superus longe spiralis. *Porus* excretorius... — In avium intestinis crassis et coecis endoparasita.

1. Notocotyle triseriale *DIESING.*

Corpus oblongum depressum, apice attenuatum, basi rotundatum. Longit. 1—2‴; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$‴.

Fasciola verrucosa *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 112. Tab. IV. 5.—7.

Fasciola Anseris *Gmelin*: Syst. nat. 3055.

Festucaria pedata *Schrank*: Samml. naturh. Aufs 335. — 340.

Monostoma verrucosum *Zeder*: Nachtrag. 155. — 159. et: in ejus Naturg. d. Eingeweidew. 189. — *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 331. ej. Synops. 84. et 344. — *Bellingham*: in Annal. of Nat. Hist. 1844. 336. et 358. *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 285. et: in *Wiedemann's* Arch. 1846. 143. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 355. Tab. VIII. *B.* (individ. juv. sine acetab.) — *Blanchard*: in Annal. des scienc. nat. Zool. 1847. 304. — 308. Tab. IX. 3. — Tab. XIII. 2. a. — f. (Anatom.)

Monostoma Marillae *Rudolphi*: Synops. 87.

Monostoma lineare *Rudolphi*: Synops. 83. et 343. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. VIII. 8. et 9. (omissis acetab.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 349.

Notocotylus triserialis *Diesing*: in Annal. d. Wien. Mus. II. 234. Tab. XV. 23. — 25. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. verteb. 2. édit. III. 602.

Habitaculum. *Anas Anser* (*Frölich*); *A. Querquedula* (*Zeder*); *A. segetum*, *Boschas dom.*, *Marilla* et *Penelope* (*Bremser*); *A. albifrons* et *Berwikii*, Londini (*Natterer*); *A. leucops*, *glacialis*, *Boschas fer.*, *Tadorna et Musicus*, Gryphiae (*Creplin*); *A. mollissima* (*Mehlis*); *A. moschata*, Februario, Rhedoni (*Dujardin*); *A. clypeata* et *ferina*, in Hibernia (*Bellingham*). — *Vanellus cristatus* (*Bremser*). — *Phasianus Gallus.* — *Rallus aquaticus.* — *Fulica atra* et *Gallinula Porcana*, Gedani (*Siebold*); *G. chloropus*, in Hibernia (*Bellingham*): in intestino crasso et coeco. M. C. V.

Acetabula in juventute nulla aut parum evoluta.

Monostomum attenuatum huc pertinere a Cl. *Creplin* suspicatur. Acetabula dorsalia in individuo male conservato frustra quesivi.

** Discocotylea: *Acetabula laminae propriae immersa.*

XXVII. POLYSTOMUM *ZEDER.*

Planaria *Braun.* — Linguatula *Frölich.* — Fasciola *Gmelin.* — Polystoma *Zeder.* — Hexathyridium *Blainville.*

Corpus oblongum depressum, extremitate caudali in discum s. laminam transverse oblongam angulosam dilatatum, medio aculeis s. uncinulis duabus teretiusculis subparallelis retrorsum divergentibus, armata. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale subinfundibuliforme. *Acetabula* sex subtus in margine disci symetrice disposita. *Aperturae* genitales ventrales superae approximatae; penis filiformis adscendens. *Porus* excretorius... *Maculae* (ocelli?) duae in apice dorsales, minimae, parallelae. — *Amphibiorum* endoparasita.

1. Polystomum integerrimum *RUDOLPHI.*

Corpus oblongum antrorsum angustatum postice truncatum. *Acetabula* hemisphaerica apertura circulari. Longit. corporis ad 3‴; latit. ad 2‴; lamina caudalis 1‴ longa; $1\frac{1}{2}$‴ lata.

Roesel: Hist. nat. Ranarum nostrat. 1758. 24. Tab. IV. 10. (mala.)

Planaria uncinulata *Braun*: in Schrift. d. Berlin. Gesellsch. naturf. Freunde. X. 58. Tab. III. 1. — 3.

Linguatula integerrima *Frölich*: in Naturf. XXV. St. 103. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. 93. Tab. II. 9. a. — f.

Fasciola uncinata *Gmelin*: Syst. nat. 3056.

Polystoma ranae *Zeder*: Nachtrag. 203. Tab. IV. 1. — 3. ej. Naturg. d. Eingeweidew. 230. Tab. III. 4.

Polystoma integerrimum *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 451. Tab. VI. 1. - 6. ej. Synops. 125. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. X. 26. (manca). *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 679. Tab. XXXII. 7. et 8. (optima) et anatom. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 320. — *Blanchard*: in Annal. des scienc. nat. trois. sér. VIII. 331. — 334. (et anatom.) Tab. IX. 4. et Tab. XIV. 3. et 4.

Hexathyridium integerrimum *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 571.

Habitaculum. *Rana temporaria* (*Roesel*); Septembri (*Zeder*), Junio, Gryphiae (*Rudolphi*), vere (*Bremser*). — *Pelophy-*

lax esculentus (*Braun* et *Dujardin*). — *Bufo viridis*, omni anni tempore excepto hyeme (*Bremser*): in vesica urinaria. M. C. V.

Species dubia.

2. Polystomum ocellatum *RUDOLPHI.*

Corpus ovatum depressum, supra convexiusculum, subtus excavatum v. planum. *Discus* caudalis inermis, inter acetabula plicatus. *Acetabula* triarticulata, articulo infimo versatili. Longit. $1\frac{1}{2}$—3‴: latit. $\frac{1}{2}$‴.

Polystoma ocellatum *Rudolphi*: Synops. 125. et 436. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 319.

Polystoma Mydae *Kuhl* et *Hasselt*: in Isis 1822. 113. et: in *Ferusac* Bullet. de sc. nat. II. 310.

Hexacotyle ocellatum *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 571.

Habitaculum. *Emys Europaea*: in fauce, Majo, Armini (*Rudolphi*). — *Halichelys atra*: in cavo nasali, Sundae (*Kuhl* et *van Hasselt*).

Typus forsan generis proprii.

XXVIII. ASPIDOCOTYLE *DIESING.*

Corpus elongatum depressum, extremitate caudali in discum s. laminam orbicularem amplam convexo-concavam dilatatum. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale. *Acetabula* numerosa disci faciem ventralem dense obsidentia, sessilia... *Penis* ventralis, superus, conicus. *Porus* excretorius... — *Piscium* Americae tropicae endoparasita.

1. Aspidocotyle mutabile *DIESING.*

Corpus antrorsum angustatum. *Discus* nunc planus, nunc convexo-concavus. *Acetabula* ad 100, limbo circulari. Long. corporis 2‴; latit. antice $\frac{1}{2}$‴; postice ad 1‴; diamet. disci ultra 1‴.

Aspidocotylus cochleariformis *Diesing*: in Bericht d. XV. Versamml. deutsch. Naturf. z. Prag 189.

Apidocotylus mutabilis *Diesing*: in Annal. d. Wiener Mus. II. 234. Tab. XV. 20.—22. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 479.

Habitaculum. *Cataphractus* n. sp. Nr. 150: in intestinis, Decembri ad Rio negro in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

SUBTRIBUS II. RHABDOCOELA. Tractus cibarius simplex.

XXIX. ASPIDOGASTER *BAER.*

Monostoma *Rudolphi.*

Corpus subellipticum supra convexum, subtus planum, antrorsum in collum subcylindricum, retrorsum in caudam brevem productum. *Lamina* ventralis, acetabulis numerosis quadrangularibus serie quadruplici regulariter dispositis tesselata. *Os* terminale. *Apertura* genitalis communis in apice caudali. *Porus* excretorius . . . — Piscium et Molluscorum endoparasita.

1. Aspidogaster conchycola *BAER.*

Collum longum ($\frac{1}{3}$ longit. corp.) apice incrassatum. *Apex* caudalis cylindricus. *Lamina* subelliptica antice angustata postice obtusata, acetabulis (ad 60) subaequalibus marginalibus subquadratis. Longit. $\frac{5}{6}$—$\frac{3}{4}'''$; latit. $\frac{2}{3}$—$\frac{1}{3}'''$ sub quiete.

Aspidogaster conchycola *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 544. Tab. XXVIII. 1. — 12. — *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. II. Heft. 75. et: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. vert. 2. édit. III. 613. — *Diesing*: in Mediz. Jahrb. d. k. k. österreich. Staates. n. Folge. VII. 247. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1836. 217. et 1837. 263. (Anatom.) et in *Müller's* Arch. 1836. 233. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 324. — 327.

Habitaculum. *Unio Pictorum.* — *Anodonta anatina, ventricosa* et *Cellensis*: in pericardio, Julio et Septembri, Regiomontii (*Baer*).

2. Aspidogaster limacoides *DIESING.*

Collum breve ($\frac{1}{5}$ longit. corp.) apice incrassatum. *Apex* caudalis conicus. *Lamina* elliptica, acetabulis (ad 18), mediis duplo latioribus quam longis. Longit. $\frac{1}{3}$—$2'''$; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}'''$; sub quiete.

Monostoma *Idi*: Cat. Ent. Vien. 26. — *Rudolphi*: Synops. 87.
Aspidogaster limacoides *Diesing*: in Mediz. Jahrb. d. k. k. österreich. Staates n. Folge. VII. 427. Tab. I. 1. — 19. (et Anatom.) — *Nord-*

mann: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. vert. 2. édit. III. 603. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 327.

Habitaculum. *Leuciscus Idus*, autumno (*Bremser*), Aprili (*Diesing*); *L. Dobula*, Majo (*Diesing*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

SUBORDO III. BDELLIDEA
BLAINVILLE.

Entozoa trematoda (*Rudolphi*) nonnulla. — Annulata apoda hirudinea omnia.

Animalcula androgyna, ovipara, rarius vivipara, solitaria libera, rarissime divisione spontanea imperfecta bipartita (Diplozoon). *Corpus* molle parenchymatosum, planum depressum v. teretiusculum, annulatum v. annulis destitutum, haud raro coloratum, interdum eleganter pictum. *Caput* corpore continuum v. discretum. *Os* terminale v. subterminale, utplurimum acetabuliforme, simplex intus nudum v. plicis aut maxillis instructum, v. in tubulum (oesophagum?) protractile. *Acetabulum* nunc unicum basilare aut subbasilare ventrale, simplex v. radiatum, inerme v. armatum, nunc plura ejusdem indolis, nec non minora 2—3 capiti affixa v. supera. *Oculi* distincti v. nulli. *Tractus* intestinalis nunc bifurcatus v. dichotome ramosus ano nullo (in Bdellideis polycotyleis), nunc simplex appendiculis lateralibus horizontalibus aequaliter distantibus v. subnullis, ano dorsali supraacetabulari stipatus (in Bdellideis monocotyleis). *Porus* excretorius dorsalis supra caudae apicem in illis ano destitutis utplurimum visus. *Systema* vasorum humore limpido v. rubro scatens. — *Organa* respiratoria in nonnullis observata: vesiculae scilicet internae biseriales cum poris ventralibus communicantes (nisi criptae mucum excernentes). *Ganglion* cerebrale nodulosum praeprimis in monocotyleis. *Aperturae* genitalium antrorsum sitae, ventrales, approximatae. *Penis* filiformis. *Testiculi* duo, *ovaria* duo. — In *Eubdellideis* ovula sparsa aut plura (10—16), involucro spongioso (Cocco), e corporis superficie exsudante demum exuto, primum tubuloso, ovulis depositis subgloboso utrinque clauso excepta. — *Aquarum* dulcium v. salinarum incolae, rarissime hygrobia, ectoparasita aut libere vagantia.

TRIBUS I. POLYCOTYLEA.

Acetabula duo v. plura corpori immediate aut laminae propriae immersa. Tractus cibarius bifurcatus ramulosus. Porus excretorius.

SUBTRIBUS I. EUPOLYCOTYLEA. Acetabula duo v. plura, basilaria v. subbasilaria, inermia v. armata. Caput acetabulis v. bothriis instructum v. destitutum.

I. Caput acetabulis nullis.

* Somatocotylea: *Acetabula corpori immediate immersa aut pedicello suffulta.*

XXX. ANCYROCEPHALUS *CREPLIN.*

Corpus obclavatum depressum. *Caput* corpori continuum, apice truncatum, hamulis quatuor basi nodulosis in quadrangulum dispositis armatum. *Os*... *Acetabula* sex in margine caudali, ventralia, serie simplici. *Apertura* genitalis limbo circulari cincta. *Porus* excretorius... — *Piscium* aquarum dulcium ectoparasita.

1. Ancyrocephalus paradoxus *CREPLIN.*

Longit. ultra 2‴; antice $\frac{1}{5}$‴; postice $\frac{1}{2}$‴ latum.

Ancyrocephalus paradoxus *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 192. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. VII. 2. 298. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 654.

Habitaculum. *Lucioperca Sandra*: ad branchia, Februario, Gryphiae (*Creplin*), Vindobonae (*Czermack*), Martio, Gedani (*Siebold*).

XXXI. PLAGIOPELTIS *DIESING.*

Polystoma *La Roche.* — Hexacotyla *Blainville.*

Corpus elongatum depressum. *Caput* corpori continuum. *Os*... *Acetabula* ventralia octo in corporis parte dilatata marginalia, serie simplici disposita, elliptica planiuscula, marginata, singula acetabulum transverse ellipticum margine involutum, centrali minus, includentia. *Genitalia* externa... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Plagiopeltis duplicata *DIESING.*

Corpus acute conicum depressum, basi dilatatum spathulaeforme. Long. corp. 4‴; latit. medio 1‴; basi $1\frac{1}{2}$‴.

Polystoma Thynni *La Roche*: in Nouv. Bull. de la soc. Philom. 1811. 271. Tab. II. 3. a. b. c. (mala).

Polystoma duplicatum *Rudolphi*: Synops. 125. et 438. Tab. II. 6. (ic. La Rochii). — *Dujardin:* Hist. nat. des Helminth. 318.

Hexacotyla Thynni *Blainville*: in Dict. de sc. nat. LVII. 571. Tab. XXVII. 1. (mala).

Hexacotyle Thynni *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. verteb. 2. édit. III. 600.

Habitaculum. *Thynnus branchypterus*: in superficie branchiarum, ad insulas Balearicas (*La Roche*). M. C. V.

XXXII. DICLIDOPHORA *DIESING.*

Octostoma *Kuhn.* — Octobothrium *Nordmann.*

Corpus subovale v. sublanceolatum depressum. *Caput* corpore continuum. *Os* subterminale. *Acetabula* in margine caudali octo, solitaria, valvulis 4 membranaceis asserculatis, in cardine transverso mobilibus, longe pedicellatis. *Apertura* genitalis... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Diclidophora longicollis *DIESING.*

Corpus ovale depressum, antice in collum corpore subaequilongum attenuatum. *Acetabula* pedicello subconico suffulta sex, aequidistantia et aequilonga, duo infima approximata. Long. total. $4\frac{1}{2}$‴; colli 2‴; corporis $2\frac{1}{2}$‴; lat. corp. 2‴; lat. colli $\frac{1}{3}$‴.

Octostoma Merlangi *Kuhn*: in Mém. du Mus. d'hist. nat. 1830.

Octobothrium Merlangi *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 78. Tab. VII. 1. — 5. et: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. verteb. 2. édit. III. 599. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 31½.

Habitaculum. *Merlangus communis*: ad branchia (*Kuhn*).

2. Diclidophora palmata *DIESING.*

Corpus lanceolatum depressum, antice in collum breve productum. *Acetabula* pedicello subcylindrico suffulta palmam mentientia. Longit. corp. 7 — 12‴; latit. $1\frac{2}{3}$ — $2\frac{1}{2}$‴.

Octobothrium palmatum *Leuckart*: in Isis 1830. 612. ej. Zool. Bruc. III. 24. — 28. Tab. I. 4. a. – e. Tab. II. 3. (ovula). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 314.

Octobothrium digitatum *Rathke*: in Nov. Act. Nat. Cur. XX. I. 242. — 243. Tab. XII. 12. — 15.

Habitaculum. *Lota Molva*: ad branchia, Julio in Norwegia (*Rapp*), Islandia (*Kroyer*). — *Hippoglossus Gigas*: ad branchia in Norwegia (*Rathke*). M. C. V.

Genus inquirendum.

XXXIII. HEPTASTOMUM *OTTO SCHOMBURGK.*

Distomum *Henle.*

Corpus pyriforme depressiusculum v. turgidum, variabile. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale, et oscula (?) duo minora lateralia. *Acetabula* ventralia quatuor limbo ciliata, maximum subcentrale, alterum minus postpositum supramarginale, transverse elliptica, et duo multo minora longe elliptica parallela, supra acetabulum marginale in triangulum disposita. *Aperturae* genitales discretae anticae, dorsales (?). *Porus* excretorius dorsalis. — *Hirudinearum* endo- aut ectoparasita.

1. Heptastomum Hirudinum *SCHOMBURGK.*

Longit. $\frac{1}{4}'''$.

Distomum Hirudinis *Henle.* — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXV. 79.

Distoma tarda *Steenstrup?*: Über die Generationsw. 138. Tab. III. 5. e. f. g. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1843. 2. 325. et: in *Müller's* Arch. 1843. LVIII.

Heptastomum Hirudinum *Otto Schomburgk*: in Versamml. d. Gesellsch. naturf. Freunde in Berlin 1844. et: in litteris c. icone.

Habitaculum. *Nephelis vulgaris* (*Henle et Schomburgk*). — *Clepsine complanata*: ad corporis superficiem, in acetabulo, ad vasa magna lateralia et ad ovaria, libere aut folliculo inclusum, Berolini (*Schomburgk*).

** Discocotylea. *Acetabula disco s. laminae propriae immediate immersa v. pedicello suffulta.*

XXXIV. ONCHOCOTYLE *DIESING.*

Polystoma *Kuhn.* — Hexabothrium *Nordmann.*

Corpus lineari-lanceolatum depressum, utrinque angustatum. *Caput* corpore continuum. *Os* subterminale. *Acetabula* sex disco elliptico extremitati caudali supra adnato, biseriatim immersa, hemisphaerica, margine uncino simplici inferne adnato apice libero armata. *Aperturae* genitales... *Porus* excretorius in apice caudali. — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Onchocotyle appendiculata *DIESING.*

Longit. 3—6‴; latit. $\frac{3}{4}$—1$\frac{1}{2}$‴.

Polystoma appendiculatum *Kuhn*: in Mém. du Musé d'hist. nat. XVIII. 342. et: in Annal. des sc. d'observ. II. 1829. 460.—463. Tab. XI. 1.—3. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 321.

Hexabothrium appendiculatum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 80. Tab. V. 6. et 7.

Habitaculum. *Scyllium Catulus*: ad branchia (*Kuhn*). — *Laemargus borealis*: ad branchia, in Groenlandia (*Kroyer*). M. C. V.

XXXV. CYCLOCOTYLE *OTTO.*

Octobothrium *Nordmann.*

Corpus subclavatum, extremitate caudali in laminam suborbicularem amplam antice sinuato-bilobam, postice crenulatam explanatum. *Caput* corpore continuum. *Os*... *Acetabula* octo hemisphaerica in margine postico arcuatim disposita, sessilia. *Aperturae* genitales... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Cyclocotyle Bellones *OTTO.*

Longit. corporis vix $\frac{1}{2}$‴; laminae ultra $\frac{1}{2}$‴.

Cyclocotyla Bellones *Otto*: in Nov. Act. Nat. Cur. XI. II. 300. Tab. XLI. 2. *Baer* ibid. XIII. 2. 687. Tab. XXXII. 9. (ic. Otton., acetab. duob. omiss.). — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 570.

Octobothrium Bellones *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. verteb. 2. édit. III. 600. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 291. nota 25.

Habitaculum. *Belone Acus*: in corporis superficie (*Otto*).

XXXVI. SOLENOCOTYLE *DIESING.*

Polystoma *Delle Chiaje.*

Corpus lanceolatum depressum, extremitate caudali in discum s. laminam semilunarem dilatatum. *Caput* corpore continuum... *Os*... *Acetabula* sex in disci margine postico pedicello cylindrico longo suffulta. *Aperturae* genitales. *Porus* excretorius... — *Molluscorum* marinorum endoparasita.

1. Solenocotyle Chiajei *DIESING.*

Longit. totalis 1″ et 5‴; corp. 9‴; disci 2‴; latit. corp. 2‴, disci $2\frac{1}{2}$‴ (secundum iconem).

Polystoma Loliginis *Chiaje*: Mem. sull. stor. e notom. degl. anim. s. verteb. Tab. XCII. 2. (non descriptum).

Habitaculum. *Loligo vulgaris*... Neapoli (*Delle Chiaje*).

II. Caput acetabulis v. bothriis duobus parallelis.

* Somatocotylea. *Acetabula corpori immediate immersa aut pedicello suffulta.*

XXXVII. DIPORPA *DUJARDIN.*

Corpus lineare depressum. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale. *Acetabula* duo basilaria uncinis quatuor articulatis oppositis armata; duo subterminalia parallela hemisphaerica inermia et tertio ejusdem indolis subcentrali. *Aperturae* genitales... *Porus* excretorius... — *Piscium* fluviatilium ectoparasita.

1. Diporpa Dujardinii *DIESING.*

Corpus apice rotundatum, retrorsum sensim dilatatum, basi emarginatum. Longit. corporis $\frac{1}{8}$—$\frac{1}{4}$‴; latit. $\frac{1}{12}$—$\frac{1}{6}$‴.

Diporpa *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 316. Tab. VIII. c.

Habitaculum. *Leuciscus erythrophthalmus*: ad branchia (*Dujardin*).

XXXVIII. PLECTANOCOTYLE *DIESING.*

Corpus late ellipticum planum. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale prominulum. *Acetabula* sex in postico corporis

margine ventralia, serie simplici, uncinis quatuor articulatis conniventibus et aculeo centrali conico armata, duobus parallelis hemisphaericis inermibus infra os sitis. *Genitalium* aperturae... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Plectanocotyle elliptica *DIESING.*

Longit. 2‴; latit. 1‴.

Habitaculum. *Labrax mucronatus*: ad branchia (*Kollar*). M. C. V.

XXXIX. DICLIBOTHRIUM *LEUCKART.*

Hexacotyle *Nordmann.* — Diplobothrium *Leuckart.* — Polystoma *Dujardin.*

Corpus elongatum depressum. *Caput* subdiscretum cuneatum obtusum, bothrio in utroque margine ovali. *Os*... *Acetabula* in utroque margine caudali tria, valvulis duabus membranaceis striatis asserculatis in cardine transverso mobilibus, pedicellata, apice caudali quadriuncinato interjecto. *Genitalium* aperturae... *Porus* excretorius... — *Piscium* fluviatilium ectoparasita.

1. Diclibothrium armatum *LEUCKART.*

Corpus subclavatum depressum, retrorsum sensim attenuatum. Longit. corporis 6—7‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Diclibothrium crassicaudatum *Leuckart*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 81. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 292.

Diclibothrium armatum *Leuckart*: in *Froriep's* Notiz. XLVI. 88. ej. in Isis 1836. 764. et: in *Wiegmann's* Arch. 1836. 219.

Hexacotyle elegans *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. verteb. 2. édit. III. 600. et: in Faune Pontique 1840. 64.

Diplobothrium armatum *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 13. — 18. Tab. I. 6. a. — f. (manca).

Polystoma armatum *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 319.

Habitaculum. *Accipenser stellatus*: ad branchia (*Leuckart* et *Nordmann*). M. C. V.

XL. OCTOCOTYLE *DIESING.*

Mazocraes *Hermann.* — Octobothrium *Leuckart.* — Octostoma *Kuhn.*

Corpus elongatum depressum. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale. *Acetabula* in postico corporis margine uncinis

duobus subbasilaribus interjectis utrinque quatuor, prominula orbicularia inermia (?) et duo parallela infra os sita. *Apertura* genitalis feminea elliptica uncinulorum corona simplici cincta. *Penis*... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Octocotyle lanceolata *DIESING.*

Corpus antice lanceolatum, postice cuneato-dilatatum, acetabulis retrorsum convergentibus. Longit. 3 — 5‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Mazocraes Alosae *Hermann*: in Naturf. XVII. St. 182.

Octobothrium lanceolatum *Leuckart*: Brev. anim. quor. descript. 18. Fig. 7. a. b. (manca). — *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 77. — *Mayer*: Beitr. z. Anatom. d. Entoz. 19. Tab. III. 1. — 8. (bona.) — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. 358. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 18. et 29. Tab. I. 6. a. b. (pars caudalis, manca). *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth 313. Tab. VIII. F. (apertura genitalis).

Octostoma Alosae *Kuhn*: in Mém. du Mus. d'hist. nat. XVIII. 358. Tab. XVII. bis 1. — 3.

Habitaculum. *Alosa vulgaris*: ad branchia, frequentissime vere (*Hermann*, *Leuckart*, *Kuhn*, *Dujardin* et *Mayer*). M. C. V.

2. Octocotyle truncata *DIESING.*

Corpus ovato-oblongum basi dilatatum obtuse truncatum, acetabulis retrorsum divergentibus. Longit. 2 — 3‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Octostoma Scombri *Kuhn*: in Mém. du Mus. d'hist. nat. XVII. 361. Tab. XVII. bis 4. et 5.

Octobothrium Scombri *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 77. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 313. Tab. VIII. E. (apert. genit.)

Habitaculum. *Scomber Scombrus*: ad branchia (*Kuhn*), Rhedoni, Junio (*Dujardin*).

** Discocotylea. *Acetabula disco s. laminae proprie immediate immersa.*

XLI. DIPLOZOON *NORDMANN.*

Corpora gemina, depressa, medio juncta individuum decussatum quadrifidum biceps et bicaudatum formantia, extremitatibus superioribus lanceolatis divergentibus, inferioribus brevioribus subclavatis convergentibus.

Corpora singula: *Caput* corpore continuum, acetabulis duobus inermibus anticis medio bipartitis. *Os* supra acetabula, anticum transverse ellipticum. *Acetabula* octo ante limbum basilarem inflexum, quaternatim disco duplici elliptico mobili imposita, uniseriatim transversa, oblonga, uncinis quatuor articulatis convergentibus armata. *Apertura* genitalis feminea in utroque margine interno extremitatis inferioris. *Penis* in corporum symphisi singulo individuo proprius. *Porus* excretorius... — *Piscium* fluviatilium ectoparasita.

1. Diplozoon paradoxum *NORDMANN.*

Longit. corporis singuli 3—5‴.

Diplozoon paradoxum *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 56.—76. Tab. V. 1.—6. et Tab. VI. 1. et 2. — *Kollar*: in Annal. d. Wien. Mus. I. 82. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 292. et: in *Froriep's* Neue Notiz. VII. 87. except. in *Wiegmann's* Arch. 1839. 164. — *Siebold*: Ibid. 1836. 105. et 1842. 359. (anatom.) — *Lamarck*: Hist. nat. des anim. s. vert. 2. édit. III. 599. — *Vogt*: in *Müller's* Arch. 1841. 33. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 315. et 316.

Habitaculum. *Abramis Brama*, Augusto et Octobri (*de Nordmann*); *A. Blicca et Chondrostomus Nasus* (*Kollar*); *A. Balerus et Vimba.* — *Leuciscus erythrophthalmus*, *Jeses et rutilus* (*Creplin*); *L. Idus* (*Dujardin*); *L. prasinus et Gobio fluviatilis* (*Vogt*): ad branchia. M. C. V.

XLII. DISCOCOTYLE *DIESING.*

Cyclocotyle *Schultze.* — Octobothrium *Leuckart.*

Corpus elongatum depressum, extremitate caudali in laminam s. discum postice emarginatum dilatatum. *Caput* corpore continuum, acetabulis duobus anticis suborbicularibus inermibus. *Os* anticum ellipticum supra acetabula. *Acetabula* in disci basilaris marginibus, armata, sinu inermi sejuncta, utrinque quatuor, prominula, transverse elliptica, uncinis quatuor convergentibus articulatis et aculeo conico apice emarginato centrali. *Genitalia* externa... *Porus* excretorius... — *Piscium* ectoparasita.

1. Discocotyle sagittata *DIESING.*

Corpus elliptico-oblongum utrinque angustatum. Longit. $1\frac{1}{2}$—4‴; latit. ad 1‴.

Cyclocotyle lanceolata *Schultze* apud *Zäringer*: Quaedam de hist. nat. Salmonis Farionis. Diss. inaugural. (non descriptum). — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 291. nota 25.

Octobothrium sagittatum *Leuckart*: Zool. Bruchst. III. 49. — 57. Tab. II. 5. a. — k. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 314.

Habitaculum. *Salmo Fario*: ad branchia, Julio (*Schultze* et *Leuckart*).

Species inquirendae.

2. Discocotyle Leptogaster *DIESING.*

Corpus depressum, antice elliptico-lanceolatum, postice filiforme, basi in discum postice emarginatum dilatatum. *Caput* corpore continuum, acetabulis... *Acetabula* in disci marginibus, elongata (pedicellata?) utrinque quatuor, sinu sejuncta, armata. Longit. totalis 1″ — 4‴; antice ad 6‴; postice 10‴; latit. maxima 1‴.

Octobothrium Leptogaster *Leuckart*: in Isis 1830. 612. ej. Zool. Bruchst. III. 23. Tab. I. 5. et Tab. II. a. b. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 314.

Habitaculum. *Chimera monstrosa*: ad branchia, Majo, Christianiae (*Rapp*).

3. Discocotyle hirundinaceum *DIESING.*

. . . . . .

Octobothrium hirundinaceum *Bartel's*: in ämtl. Bericht. über d. Vers. deutsch. Naturf. und Ärzte z. Breslau 1834. 61. (solum nomen).

Habitaculum. *Coregonus Wartmanni*: ad branchia (*Bartels*).

Forsan identicum cum specie prima.

XLIII. AXINE *ABILDGAARD.*

Heteracanthus *Diesing.*

Corpus elongatum depressum, extremitate caudali in laminam pediformem v. securiformem dilatatum. *Caput* corpore continuum, acetabulis duobus inermibus orbicularibus obliquis, divergentibus. *Os* terminale in emarginatura, granulosum. *Acetabula* armata numerosa contigua laminam basilarem utrinque marginantia, uncinis quatuor convergentibus articulatis et aculeo conico apice emarginato centrali. *Apertura* geni-

talis feminea infra os. *Penis*... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Axine Bellones *ABILDGAARD.*

Corpus longe lanceolatum, apice emarginatum. Longit. 2—3½‴; latit. postice 1‴.

Axine Bellones *Abildgaard*: in Skivt. af Naturhist. Selskab. III. 59. Tab. VI. 3. a. b. — *Oken*: Lehrb. d. Naturg. III. I. 357. Tab. X. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 568. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 291. et: in *Froriep's* Neue Notiz. VII. 83. except. in *Wiedemann's* Arch. 1839. 163. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 317. — *Moquin-Tandon*: Monog. des Hirudin. nouv. édit. 395.

Heteracanthus pedatus *Diesing*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVIII. 1. 310. Tab. XVII. 1. et 2. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. verteb. 2. édit. III. 598.

Heteracanthus sagittatus *Diesing*: l. s. c. 9. Fig. 10.—12. — *Nordmann*: l. s. c. 598.

Habitaculum. *Belone Acus* (*Abildgaard*), Majo, Gryphiae (*Creplin*), in individuis in spiritu vini servatis (*Kollar*): ad branchia. M. C. V.

Dictidophora et *Dictibothrium*, acetabulis valvulatis; *Diporpa*, *Plectanocotyle*, *Diplozoon*, *Discocotyle* et *Axine*, acetabulis quadriuncinatis, in series duas naturales discedunt.

SUBTRIBUS II. TRICOTYLEA. Acetabulum unum basilare v. subbasilare, radiatum v. eradiatum. Caput acetabulis v. bothriis duobus minoribus instructum.

* Atrocha. *Acetabulum haud radiatum.*

XLIV. NITZSCHIA *BAER.*

Hirudo *Abildgaard.* — Tristoma *Nitzsch.*

Corpus oblongum planum. *Caput* corpore continuum, bothriis duobus marginalibus linearibus obliquis. *Os* inter bothria anticum. *Acetabulum* basilare sessile, campanulatum, limbo inflexo crenulato, disco centrali exiguo. *Apertura* genitalis feminea infra os. *Penis* filiformis infra vulvam. *Porus* excretorius... — *Piscium* fluviatilium ectoparasita.

1. Nitzschia elegans *BAER.*

Corpus oblongum apice subemarginatum, retrorsum attenuatum. Longit. 6 — 10‴; latit. 2 — $3\frac{1}{2}$‴.

Hirudo Sturionis *Abildgaard*: in Skrivt. af Nat. Selsk. III. 55. Tab. VI. 1. a. b. c. — vers. in *Gmelin's* Götting. Journ. f. Naturg. I. 135. Tab. III. 3. – 5.

Tristoma elongatum *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XV. 150. — *Diesing*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVIII. 1. 12. — vers. in Annal. des sc. nat. 2. sér. IX. 86. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 323. — *Creplin*: in *Wiedemann's* Arch. 1846. 149.

Nitzschia elegans *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 661. Tab. XXII. 1. — 4. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 567. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 394.

Capsala elongata *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. vert. 2. édit. III. 602.

Tristoma Sturionis *Cuvier*: Règne anim. nouv. édit. (Zoophytes). Tab. XXXVI. 4. 4. a. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. trois. série VIII. 323.

Habitaculum. *Accipenser Sturio* (*Abildgaard*, *Nitzsch*, *Baer* et *Leuckart*); *A. Guldenstaedii* (*Creplin*); *A. acutirostris* in Scotia (*Melleville*): ad branchia. M. C. V.

XLV. PHYLLINE *OKEN.*

Hirudo *Müller*. — Epibdella *Blainville*. — Tristoma *Rathke*.

Corpus obovatum planum. *Caput* discretum subtriangulare, bothriis duobus marginalibus linearibus obliquis. *Os* infra caput situm limbo semicirculari calloso. *Acetabulum* subbasilare sessile hemisphaericum limbo reflexo, intus seriatim granulatum, centro bicuspidatum et quadrihamatum. *Aperturae* genitales... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Phylline Hippoglossi *OKEN.*

Corpus obovatum antice subacuminatum. Long. corporis 4 — 9‴; lat. 2 — 5‴; longit. capit. vix 1‴; acetabuli diam. 2‴.

Tertia pediculorum species *Baster*: Opusc. subsec. II. 138. Tab. VIII. 1.

Hirudo Hippoglossi *Müller*: Prodrom. 2669. II. 41. — *Fabricius*: Fauna Groenland. 322. Tab. I. 8. — *Müller*: Zool. Dan. II. 18. Tab. LIV. 1. — 4. — *Gmelin*: Syst. nat. 3098. — *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 676. Tab. XXXII. 5. 6. (ic. Mülleri). — *Leuckart*: Zoolog. Bruchst. III. 11. in nota.

Phylline Hippoglossi *Oken*: Lehrb. d. Naturg. III. 1. 371. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. verteb. 2. édit. V. 526. — *Johnston*: in Annal. of Nat. Hist. I. 431. Tab. XV. 1.—3. — *W. Thompson*: in Annal. and Mag. of Nat. Hist. VII. 482. — *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 2. édit. 392.

Epibdella Hippoglossi *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. XLVII. 269. et LVII. 567.

Tristoma hamatum *Rathke*: in Nov. Act. Nat. Cur. XX. 1. 238.—242. Tab. XII. 9.—11. (optima).

Habitaculum. *Hippoglossus Gigas*: in corporis superficie, in Anglia (*Baster et Johnston*); Hibernia (*Thompson*); Dania (*Müller* et *Kroyer*); Norvegia (*Rathke*); Groenlandia (*Fabricius*). M. C. V.

XLVI. UDONELLA *JOHNSTON*.

Hirudo? *Kroyer*. — Amphibothrium *Frey* et *Leuckart*.

Corpus subcylindricum. *Caput* discretum cuneato-truncatum, bothriis duobus marginalibus oblongis, obliquis. *Os* inter bothria, oesophago campanulato limbo papillarum serie duplici circulari cincto, protractili. *Acetabulum* basilare sessile, urceolare. *Genitalium* aperturae anticae ventrales. *Porus* excretorius... — *Crustaceorum* marinorum ectoparasita.

1. Udonella Caligorum *JOHNSTON*.

Corpus lacteum pellucidum. Long. corp. 2—4‴; lat. $\frac{3}{4}$—1‴.

Udonella Caligorum *Johnston*: in *London's* Mag. of Nat. Hist. VIII. 497. Fig. xylogr. 45. a.—c. (manca). — *W. Thompson*: in Annal. and Mag. of Nat. Hist. XV. 320.

Hirudo? *Kroyer*: Naturhist. Tidskr. III.... Tab. V. 2. n. — Isis 1841. 196. Tab. I. 2. n.

Amphibothrium Kroyeri *Frey* et *Leuckart*: Beitr. z. Kenntn. wirbellos. Thiere 147. et 148. Tab. II. 2. pars superior. (bona).

Habitaculum. In *Caligorum* corporis superficie, frequens, in *Caligo Hippoglossi vulgaris*, Aprili (*Johnston*); *C. Triglae Gurnardi*, Junio (*Hyndman*); *C. curto* (*Kroyer*).

XLVII. ENCOTYLLABE *DIESING*.

Tristoma *Nordmann*.

Corpus ellipticum planum, apice truncatum, marginibus lateralibus inflexis. *Caput* corpore continuum, bothriis duobus

anticis conchaeformibus plicatis parallelis. *Os* acetabuliforme oblongum, anticum infra bothria. *Acetabulum* longum subbasilare ventrale campanulatum, limbo membranaceo angusto reflexo, hamulis duobus centralibus apicibus convergentibus. *Genitalia* externa... *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Encotyllabe Nordmanni *DIESIENG.*

Longit. corp. $1\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2}'''$; longit. pedic. acet. $\frac{1}{2}'''$.

Tristoma excavatum *Nordmann* in litt. . . .

Habitaculum. *Brama mediterranea*: in fauce (*Nordmann*). M. C. V.

Forma corporis marginibusque inflexis ad *Convolutam* monet.

** Trochophora. *Acetabulum radiatum.*

XLVIII. TROCHOPUS *DIESING.*

Tristoma *Diesing.* — Capsala *Nordmann.*

Corpus oblongo-cuneatum depressum. *Caput* corpore continuum, bothriis duobus ellipticis parallelis. *Os* inter bothria, anticum. *Acetabulum* pedicello longo basilari suffultum, explanatum disciforme novem-radiatum, disco centrali parvo. *Apertura* genitalis feminea infra os. *Penis* filiformis pone vulvam. *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Trochopus longipes *DIESING.*

Longit. corporis $3'''$; latit. $1'''$; longit. pedicelli $\frac{2}{3}'''$.

Tristoma tubiporum *Diesing*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVIII. 14. Tab. I. 14. — 16. versio: in Annal. des sc. nat. 2. sér. IX. 87. Tab. I. 14. — 16. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 323.

Capsala tubipora *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. vert. 2. édit. III. 602.

Habitaculum. *Trigla Hirundo*: ad branchia (*Kollar*). M. C. V.

XLIX. TRISTOMUM *CUVIER.*

Capsala *Bosc.* — Phylline *Oken.*

Corpus suborbiculare v. oblongum, planum v. depressum. *Caput* discretum, bothriis duobus suborbicularibus marginali-

bus v. anticis parallelis. *Os* inter bothria anticum. *Acetabulum* ventrale inferum, sessile disciforme explanatum, septemradiatum, disco centrali minore. *Apertura* genitalis feminea infra os. *Penis* filiformis pone vulvam in sinistro corporis latere. *Porus* excretorius... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Tristomum coccineum *CUVIER.*

Corpus planum late obovatum, postice haud emarginatum, peripheria ventrali papillosa. *Bothria* suborbicularia antica. *Acetabulum* limbo membranaceo. Long. ad 7'''; latit. ad 8'''.

Tristoma coccineum *Cuvier*: Règne anim. 1817. IV. 62. Tab. XV. 10. nouv. édit. (Zoophytes) Tab. XXXVI. bis. 1. et: in *Guerin* Iconograph. du règne anim. Zooph. Tab. X. 10. et: *Gray* Animal Kingdom, Zoophyt. Tab. IX. 10. — *Costa*: in Diario del congresso di Genova 1846. — *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. trois. série VIII. 322. — 325. Tab. XIV. 2. (et Anatom.)

Capsala coccinea *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 569. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 396.

Tristomum integrum *Diesing*: in Collect. Zoograph. Ferdinandi I. Imperatoris.

Habitaculum. *Xiphias Gladius*: ad branchia (*Cuvier et Blanchard*), Venetiis (*Nardo*), Messinae, Majo (*Rüppel*). M. C. V.

2. Tristomum Rudolphianum *DIESING.*

Corpus planum suborbiculare postice emarginatum, subtus foveolatum. *Bothria* suborbicularia antica. *Acetabulum* limbo membranaceo plicato. Longit. 5—9'''; latit. 5—10'''.

Tristoma coccineum *Rudolphi*: Synops. 123. et 428. Tab. I. 7. et 8. — *Bremser*: Icon. Helminth. Tab. X. 12. et 13. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XV. 150. — *Diesing*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVIII. 11. Tab. I. 1. — 13. (Anatom.), versio: in Annal. des sc. nat. 2. série IX. 85. Tab. I. 1. — 13. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 322. — *Yarrell*: Brit. Fisch. 2. édit. 468. vign. — *Cuvier*: Règne anim. nouv. édit. Zoophyt. Tab. XXXVI. bis. 2. et 3.

Phylline coccinea *Schweigger*: Handb. d. Naturgesch. 474.

Capsala sanguinea *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 568. Tab. XI. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. verteb. 2. édit. III. 602.

Tristoma Molae *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. trois. série VIII. 326. et 327.

Habitaculum. *Orthragoriscus Mola*: ad branchia, Panormi (*Grohmann*), in Anglia (*Yarrell*). M. C. V.

3. Tristomum maculatum *RUDOLPHI.*

Corpus planum obovatum postice emarginatum, supra maculatum. *Bothria* suborbicularia antica, lobulo postico intra bothria margine anteriore ciliato. Longit. 10‴; latit. 8‴.

La Martinière: in Journ. de Phys. 1787. 207. Tab. II. 4. 5. et: in Voyage de la Pérouse autour du monde IV. 79. Tab. XX. 4. et 5.

Capsala Martinieri *Bosc*: in Nouv. Bull. de la soc. Philom. 1811. 384. — *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 569. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 397.

Phylline Diodontis *Oken*: Lehrb. d. Naturg. 1. III. 182. et 370. Tab. X. 3.

Tristoma maculatum *Rudolphi*: Synops. 123. et 430. Tab. I. 9. 10. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XV. 150. — *Diesing*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVIII. 1. et 10. versio: in Annal. des sc. nat. 2. sér. IX. 84. — *Dujardin*: Hist. nat.des Helminth. 322.

Capsala maculata *Nordmann's*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. vert. 2. édit. III. 602.

Habitaculum. *Diodon spec. incerta*: in corporis superficie, in sinu Nootka (*La Martinière*, durante *La Perousii* periplo).

4. Tristomum Blanchardii *DIESING.*

Corpus planum suborbiculare postice valde emarginatum, supra maculatum et regulariter granulatum. *Bothria* suborbicularia antica. *Acetabulum* limbo costato. Longit. ad 10‴.

Tristoma Squali *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. trois. sér. VIII. 327. — *Cuvier*: Règne anim. nouv. édit. Zoophyt. Tab. XXXVI. 3. 3. a.

Habitaculum. *Squalus spec. incerta*: ad branchia, ad Novam Zeelandiam (*Julius Verreaux*).

5. Tristomum papillosum *DIESING.*

Corpus depressum panduraeforme retrorsum dilatatum emarginatum, supra papillis et aculeis brevissimis seriatis obsessum. *Caput* subquadratum postice utrinque tentaculatum. *Bothria* marginalia antrorsum directa, hemisphaerica. Longit. corporis 7‴; latit. 4‴; longit. capitis 3‴.

Tristoma papillosum *Diesing*: in Nov. Act. Nat. Cur. XVIII. 1. 314. Tab. XVII. 13.—18. — *Grube*: Actin. u. Würm. d. Adriat. u. Mittelm. 49. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 323. — *Kölliker*: Berichte von d. königl. zootom. Anst. z. Würzburg. II. Ber. 1849. 21.—27. (et Anatom.) Tab. II. 1.—4.

Capsala papillosa *Nordmann*: in *Lamarck*: Hist. nat. d. anim. s. vert. 2. édit. III. 602.

Habitaculum. *Xiphias Gladius*, Panormi (*Grohmann*). — *Orthragoriscus Mola*, Neapoli (*Grube*). — *Tetrapturus Belone*, Messinae (*Kölliker*): ad branchia. M. C. V.

6. Tristomum Cephala *RISSO.*

Corpus depressum ovatum antice sinuatum, albo-caeruleum lineis nigris transversis pictum. Longit. $4\frac{1}{2}'''$.

Tristoma Cephala *Risso*: Hist. nat. de l'Europe mérid. V. 262.

Habitaculum. *Orthragoriscus Mola* (*Tetraodon Luna*): in corporis superficie (*Risso*).

Species cum praecedente probabiliter identica.

TRIBUS II. MONOCOTYLEA.

Acetabulum unicum basilare v. subbasilare. Tractus cibarius simplex appendiculatus v. appendiculis subnullis. Anus dorsalis supra acetabulum.

SUBTRIBUS I. CALICOTYLEA. Acetabulum radiatum v. armatum. Caput corpore continuum.

L. CALICOTYLE *DIESING.*

Corpus planum late obovatum. *Caput* corpore continuum. *Os* subterminale transverse ellipticum. *Acetabulum* basilare ventrale, unciforme septangulare intus dissepimentis septem e centro radiantibus. *Aperturae* genitales infra os, approximatae. *Anus*... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

Forma tractus cibarii in hoc genere adhuc dubia.

1. Calicotyle Kroyeri *DIESING.*

Corpus postice emarginatum, albo-flavum, transparens, ovariis ferrugineis limbum cingentibus, interdum utraque extremitate involutum. *Acetabulum* magnum album. Longit. corporis $2\frac{1}{6}'''$; latit. $2'''$.

Habitaculum. *Raja radiata*: in corporis superficie, Kattegat (*Kroyer*). M. C. V.

LI. GYRODACTYLUS *NORDMANN.*

Corpus subcylindricum. *Caput* corpore continuum bifidum. *Os* superum anticum rimaeforme in tubulum protractile. *Acetabulum* basilare hemisphaericum margine membranaceo dentato, dentibus singulis medio aculeo subuncinato percursis et intus uncinis duobus centralibus acetabulo subaequilongis divergentibus. *Hamuli* gemini ventrales inferi. *Genitalium* aperturae... *Anus*... — *Piscium* fluviatilium ectoparasita.

Genus hoc a celeb. *Nordmann* Cestoideis perperam adnumeratum.

1. Gyrodactylus elegans *NORDMANN.*

Corpus medio ventricosum, maculis nullis. *Acetabulum* 16-dentatum. Longit. $\frac{1}{9}'''$.

Gyrodactylus elegans *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 106. Tab. X. 1. — 3. et: in Annal. d. sc. nat. XXX. Tab. XIX. 7. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 301. — Idem in *Froriep's* Neu. Notiz. VII. 84.; excerpt. in *Wiedemann's* Arch. 1839. 164.

Habitaculum. *Cyprinus Carpio et Abramis Brama*: in muco branchiarum (*Nordmann*). — *Gasterosteus aculeatus*: ibidem, Gryphiae (*Creplin*).

2. Gyrodactylus Dujardinianus *DIESING.*

Corpus medio ventricosum, maculis quatuor dorsalibus nigris in quadrangulum dispositis. *Acetabulum* 8-dentatum. Longit. ad 1'''.

Gyrodactylus auriculatus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 480. Tab. VIII. H.

Habitaculum. *Cyprinus Carpio* et *Leuciscus rutilus*: in muco branchiarum (*Dujardin*).

3. Gyrodactylus anchoratus *DUJARDIN.*

Corpus medio ventricosum, maculis quatuor ventralibus nigris in quadrangulum dispositis. *Acetabulum* 10-dentatum. Longit. $2-2\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{4}{10}'''$.

Gyrodactylus anchoratus *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 481. Tab. VIII. I.

Habitaculum. *Cyprinus Carpio*: ad branchia (*Dujardin*).

LII. DACTYLOGYRUS *DIESING.*

Gyrodactylus *Nordmann.*

Corpus subcylindricum. ***Caput*** corpore continuum quadrifidum. ***Os*** superum ovale, in tubulum protractile. ***Acetabulum*** basilare hemisphaericum, duplex, externum majus margine membranaceo dentato, dentibus singulis medio aculeo uncinato percursis, internum inclusum minus conforme, uncinis duobus centralibus acetabulo externo aequilongis divergentibus. ***Hamuli*** ventrales nulli. ***Genitalium aperturae*** . . . ***Anus*** . . . — ***Piscium*** fluviatilium ectoparasita.

1. Dactylogyrus auriculatus *DIESING.*

Corpus medio ventricosum, maculis ventralibus quatuor nigris in quadrangulum dispositis. ***Acetabulum*** externum 12-, internum 10-dentatum. Longit. $\frac{1}{9}'''$.

Gyrodactylus auriculatus *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. I. 108. Tab. X. 4. – 9. et: in Annal. d. sc. nat. XXX. Tab. XIX. 8.

Habitaculum. ***Cyprinus Carpio*** et ***Abramis Brama***: in muco branchiarum (***Nordmann***).

SUBTRIBUS II. CEPHALOBDELLIDEA. Acetabulum nec radiatum nec armatum. Caput discretum ex uno segmento constans, acetabuliforme.

* Centrocephala. *Caput centro affixum. Os centrale, maxillis instructum v. destitutum. Ocelli nulli.*

LIII. ASTACOBDELLA *VALLOT.*

Hirudo *Braun.* — Branchiobdella *Odier.* — Malacobdella *Gervais.*

Corpus subcylindricum, inaequaliter annulatum. ***Caput*** campanulatum centro affixum limbo bilabiato. ***Os*** centrale, maxillis duabus triangularibus corneis edentatis. ***Ocelli*** nulli. ***Collum*** nullum. ***Acetabulum*** simplex urceolare basilare centro affixum, capite minus. ***Genitalia*** externa . . . ***Anus*** . . . — ***Crustaceorum*** fluviatilium ectoparasita.

1. Astacobdella Roeseli *DIESING.*

Corpus utrinque angustatum, lacteum, fusco-flavum v. aurantiacum, annulis moniliformibus 14 — 17. ***Caput*** inerme.

Ovula elliptica operculata, apiculo brevi, basi longe pedicellata. Longit. corp. 3 — 4‴; latit. $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$‴.

Roesel: Insecten-Belust. III. 327. Tab. LIV. 19. — 22. — *Latreille*: in Encycl. méth. XXIV. 3. Tab. CCLXXXIX. 12. — 14. (icon Roeseli).

Hirudo parasita *Braun*: System. Beschreib. einig. Egelart. 46. — 49. Tab. V. 1. — 4. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 7.

Branchiobdella Astaci *Odier*: in Mém. de la soc. d'hist. nat. de Paris. I. 69. — 77. Tab. IV. 1. — 24. (Anatom.) — *Leuckart*: Versuch ein. Einth. d. Helminth. 23. — *Milne Edwards*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. verteb. 2. édit. V. 525. — *Henle*: in *Müller's* Arch. II. 574. — 608. Tab. XV. (Anatom.) — *Moquin-Tandon*: Monograph. d. Hirudin. nouv. édit. 298.

Branchiobdella Parasita *Kölliker*: Beitr. z. Kenntn. d. Geschlechtsverhältn. u. der Samenflüssigk. etc. 18. — 20. Tab. II. 16.

Malacobdella (Hirudo) Astaci *Gervais*: in *Guerin's* Dict. d'hist. nat. et des phénom. de la nat. 1836. III. 628. Tab. CCXI. 10. et Patria. Zool. Franç. 1845. 572.

Astacobdella branchialis *Vallot*: in Act. Acad. scienc. Bord. 11. ann. 1840. 3. trim. 483. — Idem: in Mém. Acad. Dijon. 1843. 44. 103.

Habitaculum. *Astacus fluviatilis*: ad branchia et ovula, Decembri et Januario (*Roesel*); Aprili et Majo (*Braun*); Julio (*Odier*); vere (*Kollar*). M. C. V.

2. Astacobdella Abildgaardi *DIESING.*

Corpus utrinque angustatum, sordide album, annulis obsoletis. *Caput* spinis quatuor et macula antica ferruginea. Longit. 3 — 4‴; latit. $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$‴.

Hirudo Astaci *Müller*: Zool. Dan. IV. 45. Tab. CLIX. B. 1. — 3.

Habitaculum. *Astacus fluviatilis*: ad oculos, Siaellandiae (*Abildgaard*).

Species inquirenda.

3. Astacobdella chilensis *DIESING.*

. . . . . .

Branchiobdella chilensis *Gay*: Lettre à M. *de Blainville*: in Inst. 1836. mars 28. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 300.

Habitaculum. *Astaci sp. chilensis*, prope St. Jago (*Gay*).

LIV. PELTOGASTER *RATHKE.*

Corpus ellipticum curvatum teretiusculum retrorsum gracilescens. *Caput* subinfundibuliforme centro affixum. *Os* termi-

nale centrale. *Acetabulum* ventrale subcentrale corneum, discoideum, limbo cuspidato-stellato. *Genitalia* externa.. *Anus*... — *Crustaceorum* marinorum ectoparasita.

1. Peltogaster Paguri *RATHKE.*

Longit. 9‴; latit. $2\frac{2}{3}$‴.

Peltogaster Paguri *Rathke*: in Neuest. Schrift. d. Naturf. Gesellsch. in Danzig. IV. Heft. 105. — 111. Tab. VI. 12. — 15. (et Anatom.); et in Nov. Act. Nat. Cur. XX. I. 244. — 247. Tab. XII. 17. — *Siebold*: in *Müller's* Arch. 1840. LXI. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 480.

Habitaculum. *Pagurus Bernhardus*: subtus in parte postica corporis (*Rathke*).

LV. PACHYBDELLA *DIESING.*

Peltogaster *Rathke.*

Corpus transverse ellipticum depressiusculum crassum, antrorsum retrorsumque medio sinuatum. *Caput* subinfundibuliforme centro affixum. *Os* terminale centrale. *Acetabulum* basilare sessile, corneum, capiti conforme. *Genitalia* externa... *Anus* .. — *Crustaceorum* marinorum ectoparasita.

1. Pachybdella Rathkei *DIESING.*

Longit. 6‴; latit. $10\frac{1}{2}$‴; crassit. 5‴.

Peltogaster Carcini *Rathke*: in Nov. Act. Nat. Cur. XX. I. 247. et 248. Tab. XII. 18. et 19.

Habitaculum. *Carcinus Maenas*: subtus in parte postica corporis, in Norvegia et Tauria (*Rathke*).

LVI. TRACHELOBDELLA *DIESING.*

Corpus pyriforme depressiusculum transverse rugosum. *Caput* hemisphaericum centro affixum, collo teretiusculo retractili a corpore discretum. *Os* terminale centrale amplum. *Ocelli* nulli. *Acetabulum* basilare sessile, apertura circulari recta. *Genitalia* externa... *Anus*... — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Trachelobdella Mülleri *DIESING.*

Corpus albo-flavum, margine subintegro. *Collum* longum. Long. corp. 4‴; latit. 4‴; longit. colli 3‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Habitaculum. *Gobius Capito*: ad branchia (*Joannes Müller*). M. C. V.

2. Trachelobdella Kollari *DIESING.*

Corpus lacteum, margine profunde crenato. *Collum* breve. Longit. corp. $\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{4}'''$; longit. colli $\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{4}$ — $\frac{3}{4}'''$.

Habitaculum. *Priacanthi* sp. incerta, e Brasilia: ad branchia (*Kollar*). M. C. V.

LVII. PODOBDELLA *DIESING.*

Corpus ellipticum depressum supra convexum subtus planum, dense annulatim plicatum. *Caput* hemisphaericum centro affixum, collo teretiusculo retractili brevi a corpore discretum. *Ocelli* nulli. *Acetabulum* longe pedicellatum, oblique truncatum, pedicello teretiusculo basilari. *Penis*... *Vulva* antica ad annulum 10um. *Anus* ..— *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Podobdella Endlicheri *DIESING.*

Corpus albo-flavum. Longit. corp. 4 — 5'''; latit. $2\frac{1}{4}'''$; longit. colli $\frac{3}{4}'''$; latit. 1'''; longit. pedicelli $2\frac{1}{2}'''$; latit. $\frac{1}{2}'''$.

Habitaculum. *Sciaena oscula*, ex America septentrionali: ad branchia (*Kollar*). M. C. V.

** Excentrocephala. *Caput excentrice affixum. Os excentricum maxillis nullis. Coeca v. ocellata.*

LVIII. PONTOBDELLA *LEACH.*

Hirudo *Auct. vet.* — Gol *Oken.* — Phormio *Goldfuss* et *Schinz.* — Albione *Savigny.*

Corpus elongatum cylindricum v. depressum, annulatum v. laeve, verrucosum v. nudum. *Caput* hemisphaericum excentrice affixum, corpore continuum v. collo discretum. *Os* excentricum inferum. *Ocelli* (?). *Acetabulum* basilare campanulatum centro affixum, nudum, capite utplurimum minus. *Penis* ad colli basin, *apertura* feminea infra penem. *Anus* dorsalis supra acetabulum. — *Piscium* marinorum ectoparasita.

* *Corpus verrucosum.*

1. Pontobdella spinulosa ***LEACH.***

Corpus **cylindricum annulatum, utrinque antrorsum magis attenuatum, medio ventricosum, cinereo-roseum, verrucis conicis apice muricatis in omni tertio annulo majoribus.** ***Collum*** **conicum 10 – 12-annulatum, annulis 3—5 subnudis a corpore discretum.** ***Caput*** **limbo membranaceo nodulis sex cincto.** ***Acetabulum*** **capite minus. Longit. 3 — 4″; crassit. 5 — 7‴.**

Var. ornata ***Moquin-Tandon*****: Maculis dorsalibus latis et aequalibus brunneis biserialibus.**

Var. maculata ***M. T.*****: Maculis brunneis parvis irregularibus.**

Hirudo marina *Rondolet*: Hist. Pisc. lib. de Insect. et Zoophyt. 111. Cap. VII. c. icon. — *Gesner*: De Pisc. et aquat. anim. nat. 433. c. icon. — *Aldrovandus* de Insect. Cap. XII. 733. Tab. VIII. — *Linné*: Mus. Adolph. Fried. 95. Tab. VIII. 3. (mala).

Hirudo muricata *Linné*: Fauna Svec. 2084. — System. nat. édit. XII. 1080. 9. — *Wesner*: in Linnei Amoen. Acad. VII. 44. — *Gmelin*: Syst. nat. 3098. 9. — *Bosc*: Hist. nat. des vers. I. 248. — *Barbut*: The genera verm. 20. Tab. II. 8. — *Pennant*: Brit. Zoolog. IV. 71. Tab. XXI. 4. — *Oken*: Lehrb. d. Naturg. II. 371. (et Anatom.) — *Johnston*: Treat. med. Leech 88. — *Dalyell*: in Edinb. new Phil. Journ. 1827. 391. — *Cuvier*: Règne anim. II. 232. — *Derheim*: Hist. nat. des Sangs. 10. et 22. — *Grant*: in Edinb. Journ. of science Nr. 14.

Hirudo Blochii *Braun*: System. Beschr. einig. Egelart. 43. — 46. Tab. IV. 1. — 6.

Hirudo verrucosa *Flemming*: in Mem. of the *Werner*. nat. hist. societ. II. 245. — *Johnston*: Treat. med. Leech. 1816. 39.

Pontobdella spinulosa *Leach*: Miscell. II. 12. Tab. LXV. 1. et 2. et: in Suppl. Encycl. Brit. I. 451. Tab. XXVI. — *Lamarck*: Hist. nat. d. anim. s. vert. V. 294. et 2. édit. V. 525. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 241. et LVII. 557. — *Risso*: Hist. nat. de l'Europe méridion. IV. 432. — *Grube*: Actin. Echinod. u. Würmer des Adriat. u. Mittelmeeres. 60. — *Templeton*: in *Loudon's* Mag. of nat. hist. IX. 236. — *Moquin-Tandon*: Monograph. d. Hirudin. nouv. édit. 285. Tab. I. 11. et 12. Tab. II. 1. — 9. (Anatom.)

Albione muricata *Savigny*: System. des Annel. Hirudin. 110. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 136. Tab. VII. 4. (mala). — *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. d. animal. sen. verteb. I. 49. et 50. Tab. I. 14. (et Anatom.)

Sipunculus marinus Serr. Stat. de l'Her. 61. — Idem Ess. sur les anim. du midi de la France 80.

Habitaculum. *Raja clavata*, Martio (*Risso*). — *Torpedo marmorata* (*Delle Chiaje*): nec non in aliorum piscium marinorum superficie haud raro.

2. Pontobdella verrucata *LEACH.*

Corpus cylindricum, angustatum utrinque retrorsum magis attenuatum, cinereo-roseum, verrucis conicis apice haud muricatis in omni tertio annulo majoribus. *Collum* conicum 10—12- annulatum, annulis 3—5 subnudis a corpore discretum. *Caput* limbo membranaceo, nodulis sex cincto. *Acetabulum* capite minus. Longit. 3—4″; crassit. 3—4‴.

Var. picta *Moquin-Tandon*: Maculis dorsalibus brunneis biserialibus.

Hirudo Piscium *Baster*: Opusc. subsec. II. 95. Tab. X. 2.
Pontobdella verrucata *Leach*: Zool. Miscell. II. 11. Tab. LXIV. 1. 2. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. et LVII. 557. Tab. XXXIV. 2. — *Grube*: Actin. Echinod. u. Würmer d. Adriat. u. Mittelm. 60. — *Milne Edwards*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. verteb. 2. édit. V. 524. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 288. Tab. II. 10. et 11. var.
Albione verrucata *Savigny*: Syst. des Annel. Hirud. 111. 2. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 137. Tab. VII. 5. (mala).

Habitaculum. *Torpedo marmorata*, aliique pisces maris mediterranei, adriatici et oceani atlantici: in corporis superficie. M. C. V.

3. Pontobdella depressa *KROYER.*

Corpus depressum longe ellipticum, annulatum, cinereo-flavum, verrucis depressis rimosis. *Collum* lineare annulis 8—9, alternatim papillosis. *Caput* supra maculis duabus parallelis tricuspidatis nigris. *Acetabulum* capite majus. Longit. corp. 2⅓″; latit. 7‴; longit. colli 4‴; latit. 2½″.

Hirudo indica *Linné?*: Syst. nat. édit. XII. II. 1079. — *Wesner*: in Linnei Amoen. Academ. VII. 44. — *Gmelin*: Syst. nat. 3095. — *Bosc*: Hist. nat. d. vers. I. 245. — *Johnston*: Treat. med. Leech 36.
Albione indica *Moquin-Tandon?*: Monograph. des Hirudin. 138.
Pontobdella indica *Blainville?*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 243. et LVII. 55. — *Moquin-Tandon*: Monograph. nouv. édit. 292.
Pontobdella depressa *Kroyer* in litteris.

Habitaculum. In mare Indiae occidentalis (*Kroyer*).

** *Corpus nudum.*

4. Pontobdella areolata *LEACH.*

Corpus subcylindricum medio ventricosum, obsolete annulatum, brunneum, areolis subpentagonis tectum. *Collum* cylindricum antrorsum attenuatum, annulatum. *Acetabulum* capite majus. Longit. corp. $2\frac{1}{4}''$; crass. 5‴; longit. colli 5‴; crass. $1\frac{1}{2}'''$ (secund. icon.).

Pontobdella areolata *Leach*: Zoolog. Miscell. II. 10. Tab. LXIII. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLII. 242. et LVII. 557. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 290. Tab. II. 12. (ic. Leachi).

Albione areolata *Moquin-Tandon*: Monograph. 138.

Habitaculum.? — Londini in mus. societ. Linneanae (*Banks*).

5. Pontobdella laevis *BLAINVILLE.*

Corpus clavatum obsolete annulatum, antrorsum attenuatum, nudum, brunneo-roseum. *Collum* conicum corpore continuum. *Acetabulum* capite minus. Longit. corp. ultra 6″; crass. retrors. 6‴; surs. 3‴; longit. colli 6‴; crass. 2‴.

Pontobdella laevis *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 243. et LVII. 557. cum icone. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 290.

Habitaculum.? — Genuae (*Paretto*).

6. Pontobdella lubrica *GRUBE.*

Corpus clavatum annulatum, antrorsum attenuatum, nudum, olivaceum, passim albo-maculatum. *Collum* conicum corpore continuum. *Acetabulum* capite majus. Longit. 14‴; crassit. ad $1\frac{1}{2}'''$.

Pontobdella lubrica *Grube*: Actin. Echinod. u. Würmer d. Adriat. u. Mittelmeeres. 60.

Habitaculum.? — Panormi (*Grube*).

LIX. ICHTHIOBDELLA *BLAINVILLE.*

Hirudo *Linné*. — Ihl *Oken*. — Piscicola *Blainville*. — Haemocharis *Savigny*. — Gnatho *Goldfuss* et *Schinz*.

Corpus elongatum, teretiusculum v. depressum, antrorsum parum angustatum, obsolete annulatum. *Caput* disciforme, cir-

culare v. subellipticum parum excavatum, excentrice affixum, corpore continuum v. a collo discretum. *Os* exiguum excentricum inferum. *Ocelli* 4 — 8 nigri. *Acetabulum* simplex, basilare subellipticum excentrice affixum, capite majus. *Penis* ad colli basin, apertura feminea infra penem. *Anus* dorsalis supra acetabulum. — *Piscium* praeprimis fluviatilium ectoparasita, larvarum geometrarum in morem ingredientia.

1. Ichthiobdella Geometra *BLAINVILLE.*

Corpus teres fusco-flavum v. cinereum linea longitudinali mediana utrinque pinnata alba, lateribus serie punctorum alborum notatum. *Caput* suborbiculare album margine et disco fuscescens. *Ocelli* supremi lineares convergentes, postici sex punctiformes. *Collum* conicum. *Acetabulum* albidum supra fusco-radiatum, punctatum, subtus flavum atomis fuscis. Longit. corp. 8 — 12‴; latit. 1 — 2‴; longit. colli 2 — 3‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Hirudo alba perexigua piscibus adhaerens *Aldrovandus*: De anim. insect. 1602. Lib. VII. 722.

Hirudo caudaque ampla *Frisch*: Beschr. d. Insect. Deutschl. 1729. VI. 25. Tab. II. — *Ledermüller*: Mikroscop. Augenbelust. Tab. LXXXIV. a. — i. Gesellsch. Erzähl. IV. 303.

Roesel: Insectenbelust. III. 199. Tab. XXXII.

Hirudo Geometra *Linné*: Syst. nat. XII. 2. 1080. et Faun. Suec. 2083. — *Pennant*: Brit. Zoolog. Tab. IV. 20. Fig. B. — *Johnston*: Med. Leech. 35. — *Brightwell*: in Annal. and Mag. of nat. hist. IX. 11. Tab. I. 1. — 8. et: in *Froriep's* Neu. Notiz. XXII. 65.

Hirudo piscium *Müller*: Hist. verm. II. 41. — *Gmelin*: Syst. nat. 3097. — Encycl. méth. Tab. LI. 12. — 19.

Hirudo Galearia *Braun*: Beschr. einig. Egelart. 35. — 38. Tab. III. 1. — 3.

Pisciola Geometra *Blainville*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. vert. V. 294. 2. édit. V. 525. — *Moquin-Tandon*: Monograph. d. Hirudin. 131. Tab. VII. 1. et nouv. édit. 294. — *Leo*: in *Müller's* Arch. 1835. 419. — 427. Tab. XI. (Anatom.) — *Henle*: ibid. 1836. 2. 220. — *Flemming*: Phil. Zool. II. 604.

Haemocharis piscium *Savigny*: Syst. des Annel. Hirud. 112.

Ichthiobdella Geometra *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 244. Tab. XXXIV. 5. et LVII. 558. — *Gervais*: in *Guerin's* Dict. d'hist. nat. de phén. de la nat. III. 628. Tab. CCXI. 8.

Habitaculum. In corporis superficie piscium fluviatilium (*Roesel*, *Müller*, *Braun* et alii). M. C. V.

2. Ichthiobdella fasciata *DIESING.*

Corpus depressum cinereo-caeruleum v. fusco-luteum, supra fasciis brunneis transversis 16—18, subtus nullis. *Caput* subellipticum cinereum fusco-maculatum. *Ocelli* quatuor lineares in quadrangulum dispositi. *Collum* conicum. *Acetabulum* corpore concolor, fusco-radiatum. Long. corp. 1—1½″; latit. 3‴; longit. colli 5—6‴; latit. 1‴.

Piscicola fasciata *Kollar*: in *Treitschke's* Naturhist. Bildersaal. III. 101. Tab. CCXXVIII. h. — k.

Habitaculum. *Silurus Glanis*: in corporis superficie (*Kollar*). M. C. V.

3. Ichthiobdella stellata *KOLLAR.*

Corpus depressum obsolete annulatum, utroque margine papillosum, cinereo-album punctis stellatis nigris undique adspersum. *Caput* albo-cinereum nigro-punctatum. *Ocelli* quatuor, supremi lineares, postici subrotundi minores. *Collum* subconicum margine haud papillosum. *Acetabulum* nigro-punctatum, limbo cellulis majoribus 8—10 cinctum. Long. corp. 4—12‴; latit. 1—3‴; longit. colli 1—3‴; latit. ⅔—1½‴.

Ichthiobdella stellata *Kollar* in litteris c. icone.

Habitaculum. *Cyprinorum species variae* praeprimis *Cyp. Barbus*, Februario et Martio: in corporis superficie. — *Gadus Lota*, Januario: ad branchia (*Kollar*). M. C. V.

4. Ichthiobdella linearis *DIESING.*

Corpus lineare v. longe ellipticum, plano-depressum brunneum, supra punctis transverse quaternis albis in series 12—14 dispositis pictum, marginibus lineis transversis parallelis ternis nigris cinctum, subtus pallidum. *Caput* circulare laete brunneum. *Ocelli* quatuor in formam coni truncati supra maculam pallide flavam dispositi, supremi minores. *Collum* nullum. *Acetabulum* corpore concolor, fusco-radiatum, margine albo-punctatum. Longit. corporis ad 15‴; latit. 1½‴.

Piscicola linearis *Kollar*: *Treitschke's* Naturhist. Bildersaal. III. 102. Tab. CCXXVIII. l. — m.

Habitaculum. Inter plantas aquaticas, Vindobonae (*Kollar*).

5. Ichthiobdella Percae *TEMPLETON.*

Corpus antrorsum angustatum. *Caput* ellipticum. *Ocelli*... *Collum* tenue conicum. *Acetabulum* disciforme, fasciis 14 ex centro radiantibus et punctis totidem nigris in circulum dispositis pictum. Longit. 1″; latit. $\frac{3}{4}$‴.

Ichthiobdella Percae *Templeton*: in *Loudon's* Mag. of nat. hist. IX. 236. Fig. xylograph. 28.

Piscicola Percae *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 441.

Habitaculum. *Perca fluviatilis* (*Templeton*).

6. Ichthiobdella Cichlae *KROYER.*

Corpus teretiusculum obsolete annulatum, olivaceum. *Caput* ellipticum corpore concolor. *Ocelli*... *Collum* conicum. *Acetabulum* ferrugineum. Longit. corp. 2‴; latit. $\frac{3}{4}$‴; longit. colli $\frac{1}{3}$‴.

Ichthiobdella Cichlae *Kroyer* in litteris.

Habitaculum. *Cichla brasiliensis*: in corporis superficie, ad Rio de Janeiro (*Kroyer*).

Species inquirendae.

7. Ichthiobdella marina *DIESING.*

Corpus depressum, castaneum v. rufo-variegatum, haud annulatum. *Caput* ellipticum. *Ocelli*... *Acetabulum* disciforme. Longit. 1″; latit. 1‴.

Pisciola marina *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 441. Tab. XV. 4. – 6.

Habitaculum. *Aspidophorus cataphractus*: in corporis superficie (*Johnston*).

8. Ichthiobdella versipellis *DIESING.*

Corpus elongatum subteres, antrorsum attenuatum, album, griseum, fuscum, brunneum v. violaceum, macularum dorsalium brunnearum v. virescentium seriebus duabus. *Caput* oblongum. *Ocelli*... *Acetabulum* circulare album fusco-radiatum. Long. 1″; latit. 1‴.

Hirudo Piscium *Fabricius*: Fauna Groenland. 321. excl. synon.

Habitaculum. *Cottus Scorpio*: in corporis superficie arcte adhaerens, in Groenlandia (*Fabricius*).

9. Ichthiobdella vittata *DIESING.*

Corpus lineare depressum haud annulatum, supra brunneum, vittis transversis obscurioribus ad 16. *Caput* circulare linea transversa et altera verticali notatum. *Ocelli*... *Collum* conicum. *Acetabulum* circulare album, undecim-radiatum. Longit. 3″; latit. $2\frac{1}{2}$″ (secundum iconem).

Hirudo vittata *Eisenhardt*: in Act. Nat. Cur. II. 350. Tab. XXIV. 4.
Pontobdella vittata *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 243. et LVII. 557. — *Moquin-Tandon*: Monograph. d. Hirud. nouv. édit. 291.

Habitaculum. In portu insulae Unalaschkae (*Chamisso*).

10. Ichthiobdella Sepiolae *KROYER.*

Corpus sublineare depressum brunneum manifeste annulatum, annulis papillosis. *Caput* corpore concolor limbo crenulato, subtus papillosum. *Ocelli*... *Collum* subconicum fascia annulari. *Acetabulum* ferrugineum intus papillosum. Longit. corp. ad 4‴; latit. 1‴; longit. colli ad $\frac{3}{4}$‴.

Ichthiobdella Sepiolae *Kroyer* in litteris.

Habitaculum. *Sepiolae* spec.: in corporis superficie (*Kroyer*).

LX. BRANCHIOBDELLA *RUDOLPHI.*

Polydora *Oken.* — Branchelion *Savigny.* — Branchellia *Gervais.*

Corpus elongatum depressum, antrorsum angustatum, annulatum, utroque margine in appendices foliaceas annulorum numero productum. *Caput* disciforme parum excavatum excentrice affixum. *Os* excentricum inferum. *Ocelli* 4 aut 8 nigri. *Collum* laeve v. annulatum exappendiculatum. *Acetabulum* basilare orbiculare excentrice affixum capite majus. *Penis* ad colli basin. *Anus* dorsalis supra acetabulum. — *Piscium* marinorum ectoparasita.

1. Branchiobdella Rudolphii *BLAINVILLE.*

Corpus brunneo-nigrum, sublineare, supra convexiusculum subtus planum, annulis distinctis 36—38, appendiculis foliaceis semicircularibus quinquelobis breve pedicellatis. *Caput* brunneum. *Ocelli* octo in lineam transversam dispositi. *Collum* ellipticum annulis densis ad 13. *Acetabulum* album

intus granulosum. Long. corp. 10—14‴; latit. 2‴; append. 1‴; longit. colli 4‴; latit. 1‴.

Branchiobdella Torpedinis *Rudolphi*: in Collect. Mus. Berolin.

Branchiobdella Rudolphii *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 241. et LVII. 556. Tab. XXXIV. 1. a. b. — *Gervais*: in *Guérin's* Dict. 1836. III. 627. Tab. CCXI. 1. (Hirudo).

Branchellion Torpedinis *Savigny*: Syst. des Annel. Hirud. 109. — *Risso*: Hist. nat. de l'Europe méridion. IV. 432. -- *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 141. et nouv. édit. 282. Tab. I. 1.—10. (et Anatom.) — *Milne Edwards*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. vert. 2. édit. V. 529.

Branchellia Torpedinis *Gervais*: in Bullet. de la soc. d'hist. nat. de France 1845. 572.

Habitaculum. *Torpedinis*, spec. inc., Neapoli (*Rudolphi*); *T. marmorata*, Martio et Aprili (*Risso*): in corporis superficie.

2. Branchiobdella Scolopendra *DIESING.*

Corpus fusco-carneum, sublineare utrinque parum angustatum, annulis distinctis 34—42, appendiculis reniformibus breve pedicellatis integris, marginibus inferis inflexis, hyalinis. *Caput* fusco-flavum. *Ocelli* quatuor, bini in lineam transversam dispositi. *Collum* obovatum basi angustatum exannulatum, diaphanum, capite concolor. *Acetabulum* fusco-flavum intus granulosum. Longit. corp. 8—10‴; latit. 2‴; longit. append. $\frac{1}{2}$‴; long. colli 2—3‴; latit. ultra 1‴.

Habitaculum. In superficie corporis cujusdam piscis, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Species inquirenda.

3. Branchiobdella Menziesi *BLAINVILLE.*

Corpus albidum, sublineare depressum, utrinque parum angustatum dense annulatum, appendiculis linearibus ramosis apice dichotomis utrinque septem. *Collum*... *Ocelli*... *Acetabulum* hemisphaericum. Long. 10‴; latit. $1\frac{1}{2}$‴; append. ad 1‴.

Hirudo branchiata *Menzies*: in Transact. of the Linnean soc. I. 188. Tab. XVII. 3. — *Cuvier*: Règne anim. nouv. édit. III. 216. in nota.

Polydora Testudinum *Oken*: Lehrb. d. Naturgesch. III. 366.

Branchellion pinnatum *Savigny*: Syst. des Annel. Hirudin. 109. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 141. et nouv. édit. 282. in nota.

Branchiobdella Menziei *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 240. et LVII. 556.

Habitaculum. *Testudinis* spec. inc. oceani pacifici: in corporis superficie (*Menzies*).

SUBTRIBUS III. EUBDELLIDEA. Acetabulum nec radiatum nec armatum. Caput subdiscretum v. continuum. Os in tubulum protractile, aut uni- v. bilabiatum.

* Siphonostoma. *Os in tubulum protractile. Ocellata aut coeca.*

LXI. MALACOBDELLA *BLAINVILLE*.

Hirudo *Müller*. — Phylline *Oken*. — Xenistrum *Blanchard*. — Branchiobdella *Gay*.

Corpus ellipticum v. sublineare, depressum, haud annulatum. *Caput* corpore continuum apice emarginatum. *Os* terminale, ex emarginatura papillosa in tubulum brevem protractile. *Ocelli* nulli. *Acetabulum* basilare centro affixum. *Genitalia* externa ventralia. *Anus* dorsalis supra acetabulum. — *Molluscorum* marinorum ectoparasita.

1. Malacobdella grossa *BLAINVILLE*.

Corpus ellipticum flavicans. Longit. $\frac{1}{2}$ — 1″; latit. 2 — 4‴.

Hirudo grossa *Müller*: Zool. Dan. prodr. 2668. — Zool. Dan. I. 21. Tab. XXI. 1. — 5. — *Gmelin*: Syst. nat. 3098. — *Bruguières*: in Encycl. méth. Tab. LII. 6. — 12. (ic. Mülleri).

Malacobdella grossa *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 270. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 388.

Phylline grossa *Johnston*: in *Loudon's* Mag. of nat. Hist. LII. 6. — 10.

Habitaculum. *Cytherea exoleta*: juxta cardinem intra branchias, in Dania (*Müller*). — *Cyprina islandica* (*Kroyer*). M. C. V.

2. Malacobdella Valenciennaei *BLANCHARD*.

Corpus sublineare transparens, albo-flavum. Long. 16‴; latit. 3 — 4‴.

Malacobdella Myae *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 566.

Xenistum Valenciennaei *Blanchard*: in Comptes rendus des séanc. de l'Acad. de sc. XX. Nr. 18. Mai 1845. — Germ. in *Froriep's* Neue Notiz. XXXV. 81.

Malacobdella Valenciennaei *Blanchard*: in Annal. des sc. nat. 1845. IV. 364.—379. Tab. XVIII. 1.—8. (et Anatom.) Germ. in *Froriep's* Neue Notiz. IL. 4.—9. et 20.—25. Fig. 1.—10. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin nouv. édit. 389.

Habitaculum. *Mya truncata*: sub pallio, Majo (*Blainville* et *Blanchard*).

Species inquirenda.

3. Malacobdella Auriculae *GAY*.

Praecedenti similis. Longit. 3—4‴.

Branchiobdella Auriculae *Gay*: Lettre à M. *de Blainville*: in Institut 1836. Mars 28. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 301.

Malacobdella Auriculae *Blanchard*: in Annal. d. sc. nat. Zool. 1847. 143.

Habitaculum. *Auricula Dombeyi*: in corporis superficie, Chili (*Gay*).

LXII. CLEPSINE *SAVIGNY*.

Hirudo *Müller*. — Helluo *Oken*. — Glossosiphonia et Glossopora *Johnston*. Erpobdella, Ichthyobdella et Glossobdella *Blainville*. — Nephelis *Brighwell*. — Piscicola *Moquin-Tandon*.

Corpus depressum dilatatum, annulatum, supra convexiusculum subtus planum v. excavatum. *Caput* subdiscretum v. corpore continuum. *Os* subterminale anticum transverse ellipticum bilabiatum in tubulum brevem protractile. *Ocelli* 2, 4, 6 aut 8 utplurimum in lineas duas longitudinales dispositi, nigri. *Acetabulum* subbasilare ventrale centro affixum. *Aperturae* genitales inter 25. et 26., 27. et 28. corporis annulum. *Anus* dorsalis supra acetabulum. — Aquarum dulcium incolae. — Utplurimum vivipara, pulla ventre materno adhaerentia, larvarum geometrarum in morem tandem ingredientia, nunquam natantia, in semiglobum contracta ventre toto affixa utplurimum quiescentia.

Conspectus specierum.

*. Caput subdiscretum.

Ocelli 4: Sp. 1.; Ocelli 8: Sp. 2.

**. Caput continuum.

Ocelli 2: Sp. 3.—12.; Ocelli 4: Sp. 13.—15.; Ocelli 6: Sp. 15.—18.

*. Caput subdiscretum.

Ocelli 4.

1. Clepsine marginata *MÜLLER.*

Corpus subcartilaginosum, subellipticum, antrorsum angustatum fusco-viride, supra macularum flavescentium seriebus quatuor, medio dorso linearum ejusdem coloris serie notato, margine flavo-albo-fuscoque tesselato. *Caput* subdiscretum. *Ocelli* 4 in series duas longitudinales sursum convergentes dispositi, postici majores. *Acetabulum* orbiculare. *Pulla* ventre materno adhaerentia. Long. corp. ad 10‴; latit. 2—2½‴.

Hirudo marginata *Müller*: Hist. verm. I. 2. 46. — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 162. — *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 728. Tab. XXXII. 10.

Hirudo variegata *Braun*: System. Beschr. einig. Egelart. 61. Tab. VII. 1. — 6.

Hirudo cephalota *Carena*: in Mem. dell' Accad. di Torino XXV. 298.— 316. Tab. XII. 12. 19. et XXVIII. 336.

Hirudo oscillatoria *Saint-Amans*: in Mém. de la soc. Linn. de Paris III. 193. Tab. VIII.

Piscicola marginata *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 132. Tab. VII. 2.

Piscicola tessellata *Moquin-Tandon*: l. c. 133. Tab. VII. 3. (exclus. synon. Hirud. tessellata *Müller*).

Hirudo (Glossobdella) cephalota *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 266.

Ichthiobdella marginata *Blainville*: l. s. c. LVII. 558.

Clepsine marginata *Müller*: in *Wiegmann's* Arch. 1844. 371. — 376. (et anatom.)

Glossiphonia marginata *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 375. — 379. Tab. XIV. 10. — 20.

Habitaculum. Hafniae (*O. F. Müller*) — in Borussia (*Braun*). — Berolini inter folia Sparganii et Stratiotidis (*Müller*) — in Bavaria (*Schrank*). — Vindobonae (*Kollar*). — Augusto-Taurinorum (*Carena*) — in Gallia (*St. Amans*). M. C. V.

Ocelli 8.

2. Clepsine tessulata *MÜLLER.*

Corpus gelatinosum, mollissimum, subellipticum plano-depressum, antrorsum angustatum, cinereo-viride, supra macularum flavescentium seriebus 2—6 notato, margine cinereo

flavoque tesselato. *Caput* subdiscretum. *Ocelli* 8 in series duas longitudinales sursum convergentes dispositi. *Acetabulum* orbiculare. *Pulla* ventre materno adhaerentia. Longit. 18 — 20‴; latit. 4 — 5‴.

Hirudo tessulata *Müller*: Hist. verm. I. 2. 45. — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 161. — *Braun*: System. Beschr. einig. Egelart. 56. Tab. VI. 6. — 10. — *Johnston*: On the Med. Leech 38. — *Flemming*: in *Werner's* Mem. III. 400.

Hirudo (Erpobdella) tessulata *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 261.

Erpobdella vulgaris var. tessulata *Blainville*: l. s. c. LVII. 558.

Erpobdella tessulata *Flemming*: Phylos. Zool. II. 604.

Ichthyobdella tessellata *Blainville*: l. s. c. LVII. 558.

Nephelis tessulata *Brightwell*: in Ann. and Mag. of nat. Hist. IX. 13. Tab. I. 15. — 17.

Clepsine tessulata *Müller*: in *Wiegmann's* Arch. 1844. 371. — 376. (et Anatom.)

Glossiphonia tessellata *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 379. — 381.

Habitaculum. Hafniae (*Müller*) — in Borussia (*Braun*). — Berolini (*Tegler-See*): in conchis variis *Anodontae* et ad ramos putridos (*Müller*) — in Anglia (*Johnston* et *Brightwell*) — in Bavaria (*Schrank*). — Vindobonae (*Kollar*). M. C. V.

** Caput continuum.

Ocelli 2.

3. Clepsine bioculata *SAVIGNY.*

Corpus gelatinosum, clavatum depressum, antrorsum angustatum pellucidum, supra convexum punctis nigris exasperatum, subtus planum v. concavum, margine crenulatum. *Ocelli* 2 paralleli. *Acetabulum* orbiculare. *Pulla* ventre adhaerentia. Longit. 8 — 10‴; latit. 1 — 2‴.

Hirudo bioculata *Bergmann*: in Act. Stock. 1787. 4. Tab. VI. 9. — 11. — *Müller*: Hist. verm. I. 2. 41. — *Gmelin*: Syst. nat. 3096. — *Bruguières*: in Encycl. méth. Helminth. Tab. LI. 9. — 11. — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 161. — *Braun*: System. Beschr. einig. Egelart. 53. — 55. Tab. VI. 1. — 5. (bona). — *Bosc*: Hist. nat. des vers. I. 256. — *Carena*: Monograph. gen. Hirud. 302. Tab. XII. 21.

Hirudo stagnalis *Linné*: Fauna svec. 2081. et System. nat. édit. XII. 1079. — *Weser*: in Linnei Amoenit. Academ. VII. 44. — *Turton*: Brit. Fauna 129. — *Pennant*: Brit. Zool. new ed. IV. 71.

Helluo (Hirudo) bioculata *Oken*: Lehrb. der Naturg. III. 368.
Hirudo pulligera *Daudin?*: in Recueil des mémoir. 19. Tab. I. 1.—3. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 266.
Erpobdella bioculata *Blainville*: in *Lamarck's* Hist. nat. d. anim. s. verteb. V. 296. et 2. édit. V. 528. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 265.
Erpobdella stagnalis *Templeton*: in *Loudon's* Mag. of nat. Hist. IX. 235.
Glossiphonia porata *Johnston*: On the med. Leech. 26.
Clepsine bioculata *Savigny*: System. d. Annel. Hirud. 119. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 102. Tab. IV. 2. — *Filippi*: Mem. delle Sanguisughe. 27. idem: Lett. al S. Rusconi 1839. 6. — *Leydig*: in *Kölliker's* Ber. von d. kön. Zootom. Anst. z. Würzburg. II. Bericht 1849. Tab. III. 9.—11. (syst. vasor.)
Clepsine stagnalis *Brightwell*: in Annal. and Mag. of nat. Hist. IX. 14.
Glossopora punctata *Johnston*: in Philos. Trans. 1819. 346. Tab. XVIII. 11.—13. ibid: Furth Obs. med. Leech. 50.
Glossopora bioculata *Fleming*: Phil. Zool. II. 604.
Hirudo stagnorum *Derheim*: Hist. nat. des Sangs. 10. 20.
Glossobdella bioculata *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 565. Tab. XXXVII. 3. — *Gervais*: in *Guérin's* Dict. III. 629. Tab. CCXI. 9.
Glossiphonia bioculata *Moquin-Tandon*: Monog. des Hirudin. nouv. édit. 366. Tab. XIII. 16.—26. (et Anatom.)

Habitaculum. In paludosis, nemororum foveis ac rivulis frequens. — Mollusca fluviatilia praeprimis *Physas* exsugit. M. C. V.

4. Clepsine sanguinea *FILIPPI.*

Corpus longe ellipticum, diaphanum, album, tractu cibario sanguineo-rubro transparente. *Ocelli* 2 paralleli. *Acetabulum* orbiculare latitudine corporis. Longit. ad 7‴; latit. ad 3‴.

Clepsine sanguinea *Filippi*: Mem. delle Sanguisughe. 28. Tab. I. 15. et: in Lett. al S. Rusconi 1839. 6.
Glossiphonia sanguinea *Moquin-Tandon*: Monogr. d. Hirudin. nouv. édit. 370. Tab. XIV. 1.

Habitaculum. Ticini ad lapides raro (*Filippi*).

5. Clepsine algerica *DIESING.*

Corpus clavatum, depressum, antrorsum angustatum, supra convexum, fulvum, tuberculorum seriebus longitudinalibus sex et lineis brunneis ad 15 notatum, subtus planum, griseum, margine crenulatum. *Ocelli* 2. *Acetabulum* orbiculare. Longit. 6—9‴; latit. 1—2‴.

Glossiphonia algira *Moquin-Tandon*: Monog. d. Hirudin. nouv. édit. 364. Tab. XIII. 10.—15.

Habitaculum. Ad Batrachiorum corporis superficiem in Algeria (*Guyon*).

6. Clepsine parasitica *DIESING.*

Corpus subellipticum, depressum, antrorsum angustatum, supra brunneo-nigrum, fascia mediana flava variae longitudinis, limbo nigro-flavo-maculatum, subtus planum, lineis ad 11 longitudinalibus. *Ocelli* 2 approximati subconfluentes. *Acetabulum* orbiculare subtus nigro-flavo-radiatum. Longit....

Hirudo parasitica *Say*: in Long Narrat. of exped. to the source of St. Pet. riv. App. Zool. 1824. II. 266.

Hirudo parasitica *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 341.

Habitaculum. *Clemmys geographica*: ad sternum et sub ventre, in America septentrionali frequens (*Long*).

Conf. Clepsine Oniscus.

7. Clepsine carinata *DIESING.*

Corpus subcartilaginosum, ovatum plano-depressum, antrorsum angustatum, supra convexiusculum fusco-olivaceum, papillosum, carina longitudinali mediana distincta et duabus lateralibus minus distinctis, annulis latis octo, angustioribus ad 60, subtus planum v. concavum, pallidum haud papillosum. *Ocelli* 2 paralleli subterminales valde approximati. *Acetabulum* orbiculare. Longit. 5—9‴; latit. 3—5‴.

Habitaculum. *Clemmys caspica*: in corporis superficie, prope Aleppo (*Kotschy*). M. C. V.

8. Clepsine affinis *DIESING.*

Corpus carnosum, ellipticum depressum, utrinque antrorsum magis angustatum, supra convexum fusco-flavum papillosum seriebus longitudinalibus septem, annulis angustis ad 60, subtus planum v. concavum album haud papillosum, margine crenatum. *Ocelli* 2 paralleli subterminales confluentes. *Acetabulum* orbiculare. Longit. 6—8‴; latit. 3—4‴.

Habitaculum. *Clemmys lutaria*: in corporis superficie, Panormi (*Grohmann*). M. C. V.

9. Clepsine costata *MÜLLER.*

Corpus subcartilagineum, dilatatum, supra fuscescens fascia longitudinali mediana flava nigro-interrupta lineisque

punctorum obscuriorum prominulis utrinque binis ternisve quasi costatum. *Ocelli* duo subrotundi. *Acetabulum* orbiculare. Long. 12 — 16‴.

Clepsine costata *Müller*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 82. — 85. Tab. III. 1. et 2. (et Anatom.)

Habitaculum. In paludosis prope Jailae in Tauria (*Koch*).

10. Clepsine catenigera *DIESING.*

Corpus oblongum depressum antrorsum angustatum, supra rufum brunneo-maculatum, granulorum serie quadruplici longitudinali et linea mediana cateniformi notatum, margine subcrenulatum nigro-punctatum, subtus griseo-rufum. *Ocelli* 2. *Acetabulum* orbiculare. Longit. 10 — 11‴; latit. 2 — 3‴.

Glossiphonia catenigera *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 373. Tab. XIV. 5. — 9.

Habitaculum. Prope Tolosam, in fossis inter Myriophyllum raro (*Moquin - Tandon*).

11. Clepsine Rissi *DIESING.*

Corpus intense olivaceo - viride, supra lineolis punctulorum nigrorum pictum, margine rubro-croceum, subtus olivaceo-brunneum. *Ocelli* 2 nigri. *Acetabulum* orbiculare. Long. $6\frac{1}{2}$‴.

Var. *Corpus* supra olivaceum lineis croceis nigrisque pictum.

Sanguisuga marginata *Risso*: Hist. nat. de l'Europe mérid. IV. 429.

Habitaculum. In fossis et rivulis, Niceae, Aprili, Majo et Septembri (*Risso*).

12. Clepsine Sowerbyi *MOQUIN - TANDON.*

Corpus oblongum depressum, antrorsum angustatum, supra convexum rosaceum, subtus planum, pallidum. *Ocelli* 2. *Acetabulum* orbiculare. Longit. ad 1′.

Hirudo circularis *Sowerbyi*: Brit. miscell. VII. 6. — *Johnston*: Treat. med. Leech. 27. — *Turton*: Brit. Fauna 129. — *Pennant*: Brit. Zool. IV. 72.

Clepsine *Sowerbyi*: *Moquin-Tandon* Monograph. des Hirudin. 107.

Glossopora? circularis *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 440.

Glossiphonia circularis *Moquin-Tandon*: Monograph. nouv. édit. 384.

Habitaculum. Londini in flumine Thamesi (*Sowerby*).

Ocelli 4.

13. Clepsine paludosa *MOQUIN-TANDON.*

Corpus ellipticum depressum antrorsum angustatum, pellucidum, flavo-viride, supra viride punctatum, margine integrum. *Ocelli* 4, bini superiores approximati, subsequentes parum majores, remoti. *Acetabulum* orbiculare. — Ovipara. Longit. 14 — 16‴; latit. 2 — 2½‴.

Hirudo paludosa *Carena*: Suppl. Monog. gen. Hirudo. 331.
Clepsine paludosa *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 103. Tab. IV. 3. — *Filippi*: Mem. delle Sanguisughe. 27. id. Lett. al S. Rusconi. 1839. 6.
Glossobdella paludosa *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 565.
Glossiphonia paludosa *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 371. Tab. XIV. 2. — 4.

Habitaculum. Prope Augustam Taurinorum (*Carena*). — Ticini ad superficiem *Planorbis cornei* et *Limnaei stagnalis* (*Filippi*).

14. Clepsine succinea *FILIPPI.*

Corpus molle diaphanum, succineo-flavum. *Ocelli* 4. Longit....

Clepsine succinea *Filippi*: Mem. delle Sanguisughe 28.
Glossiphonia succinea *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 386.

Habitaculum. Mediolani, in fossis raro (*Filippi*).

Ocelli 6.

15. Clepsine complanata *SAVIGNY.*

Corpus subcartilagineum ellipticum depressum, antrorsum angustatum, supra cinereo-viride lineis 2 — 4 longitudinalibus nigris, duabus distincte granulosis, continuis v. interdum punctis albis interruptis, subtus griseum margine subcrenulatum. *Ocelli* 6, per paria paralleli. *Acetabulum* orbiculare. — *Pulla* ventre materno adhaerent. Longit. 9 — 14‴; latit. 3 — 4‴.

Hirudo sexoculata *Bergmann*: in Act. Stock. 1757. 313. Tab. VI. 12. — 14. — *Bruguière*: in Encycl. méth. Helminth. Tab. LI. 1. 20. 21. a. — *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 162.
Hirudo complanata *Linné*: Fauna Suec. 2082. ej. Syst. nat. edit. XII. 1079. — *Müller*: Hist. verm. I. 2. 47. — *Hill*: Hist. anim. 16. —

Gmelin: System. nat. 3097. — *Bosc*: Hist. nat. d. vers. I. 256. — *Braun*: System. Beschr. einig. Egelart. 58. — 60. Tab. VI. 11.—16. — *Carena*: Monogr. gener. Hirud. 297. Tab. XII. 17. — *Derheim's*: Hist. nat. des Sangs. 10. — *Pennant*: Brit. Zool. IV. 72. — *Urés*: Rutherglen 233.

Hirudo crenata *Kirby*: in Trans. of the Linn. soc. II. 316. Tab. XXIX.

Clepsine crenata: Encycl. Brit. XI. 226. Tab. CCLXXVI. 13.

Glossiphonia tuberculata *Johnston*: On the med. Leech. 25.

Glossopora tuberculata *Johnston*: in Philosoph. Trans. 1817. Tab. XVII. 1. — 10. — Furth Obs. 49. Tab. XVII. 1. — 10. — *Thompson*: in Annal. and Mag. of nat. hist. VII. 482.

Glossopora complanata *Fleming*: Phil. Zool. II. 604.

Erpobdella complanata *Blainville*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. vert. V. 296. et 2. édit. V. 528. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 263. — *Templeton*: in *Loudon's* Mag. of nat. hist. IX. 235.

Clepsine complanata *Savigny*: Syst. d. Annel. Hirud. 120. — *Moquin-Tandon*: Monogr. d. Hirudin. 101. Tab. IV. 1. — *Filippi*: Mem. delle Sanguis. 27. — *Brightwell*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. IX. 14. Tab. I. 18. et 19. — *Grube*: Untersuch. u. d. Entwickl. d. Annelid. I. Heft. 1. — 45. Tab. I. — III. — *Leidig*: in *Kölliker's* Bericht. v. d. kön. zootom. Anst. z. Würzburg. II. Ber. 1849. 2. — 3. et 8. Tab. III. 1. — 11. (Anatom.)

Glossobdella complanata *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 565. Fig. 1. et 2. — *Gervais*: in *Guérin's* Dict. III. 629.

Clossiphonia sexoculata *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 353. — 358. Tab. XII. 1. — 6. (anim.) 7. — 21. (anatom.)

Habitaculum. In Europae centralis aquis dulcibus. — Mollusca fluviatilia exsugunt, praeprimis *Planorbes* et *Limnaeos* infestant, locum raro mutant. M. C. V.

16. Clepsine hyalina *MOQUIN-TANDON.*

Corpus gelatinosum, ellipticum depressum, antrorsum angustatum, diaphanum, supra convexiusculum, cinereum v. flavicans, interdum maculis nigris medianis sex serie longitudinali dispositis pictum, subtus excavatum pallidum, margine subintegrum. *Ocelli* 6, quatuor in parallelopipedi formam dispositi, bini superiores valde approximati. *Acetabulum* orbiculare. — *Pulla* ventre materno adhaerent. Longit. 7‴; latit. $1\frac{1}{2}$‴.

Ledermüller: Microscop. Augenbelust. 165. Tab. LXXXIV. k.—q. (pulla).

Trembley: Hist. des Polyp. mém. III. 147. Tab. VII. 7.

Hirudo heteroclita *Linné*: Fauna Suec. 2085. ej. Syst. nat. édit. XII. 1080. 7. — *Weser*: in Linn. Amoen. Acad. VII. 44. — *Johnston*: Treat. med. Leech. 34.

Hirudo hyalina *Müller*: Hist. verm. I. 2. 49.—51. — *Gmelin*: Syst. nat. 3097. — *Bosc*: Hist. nat. d. vers. I. 256. — *Schrank*: Fauna Boica. III. 2. 163. et 164. — *Baer*: in Nov. Act. Nat. Cur. XIII. 2. 728. Tab. XXXII. 11.

Hirudo papillosa *Braun*: Beschr. einig. Egelart. 64.—66. Tab. VII. 7.—10.

Hirudo arcuata *Fabricius?*: in köngel. Danske Vidensk. Selsk. 1826. 2. 35. Tab. III, y. 1. et 2. — *Moquin-Tandon*: Hirud. nouv. édit. 384.

Clepsine hyalina *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 105. — *Brightwels?*: in Ann. and Mag. of nat. hist. IX. 15. Tab. I. 20.

Glossobdella hyalina *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 565.

Glossiphonia heteroclita *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 358. Tab. XIII. 1.—5. (anim.) 6. (ad anatom.)

Habitaculum. Inter plantas aquaticas et ad corporis superficiem *Physarum* et *Planorbium*.

17. Clepsine Carenae *MOQUIN-TANDON.*

Corpus gelatinosum, clavatum depressum, antrorsum angustatum, cinereo-flavum, supra convexum brunneo-viride punctatum, subtus planum v. concavum, margine subdenticulatum. *Ocelli* 6, in triangula duo dispositi. *Acetabulum* orbiculare. — *Pulla* ventre materno adhaerent. Longit. $3\frac{1}{2}'''$; latit. $1'''$.

Hirudo trioculata *Carena*: Monogr. gen. Hirud. 303. Tab. XII. 22. et Suppl. 334.

Clepsine Carenae *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 105. Tab. IV. 4. — *Filippi*: Lett. al S. Rusconi. 1839. 6.

Glossobdella Carenae *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 267. et LVII. 565. Tab. XXXVII. 4.

Glossiphonia heteroclita *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 362. Tab. XIII. 7.—9.

Habitaculum. In lacu Avigliano, rarissime (*Carena*).

18. Clepsine Swampina *DIESING.*

Corpus subellipticum depressum antrorsum angustatum, supra transverse sulcatum, subtus plumbeum. *Ocelli* 6, duo valde approximati. *Acetabulum* orbiculare. Long. 6—7'''; latit. ad 3'''.

Hirudo Swampina *Bosc*: Hist. nat. des vers. I. 247. Tab. VIII. 5. Idem: in nouv. dict. d'hist. nat. XXX. 141. Tab. X. — *Derheim's* hist. nat. des Sangs. 10. et 22.

Sanguisuga Swampina *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 121. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Mediz. Zool. 242.

Hirudo (Erpobdella) Swampina *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 364.

Glossobdella Swampina *Blainville*: l. s. c. LVII. 565.
Glossiphonia Swampina *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 382.

Habitaculum. In paludosis Carolinae: in corporis superficie *Testudinum* et *Ranarum* (*Rose*).

Species inquirendae.

19. Clepsine Oniscus *DIESING.*

Corpus ovatum depressum fusco-viride, supra convexum, subtus planum, margine denticulatum. Longit. 10—12‴; latit. ad 5‴.

Hirudo (Erpobdella) Oniscus *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 264. Tab. XXXVII. 7.
Glossobdella Oniscus *Blainville*: l. s. c. LVII. 565.
Glossiphonia Oniscus *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 383.

Habitaculum. Ex America septentrionali retulit *Lesueur*.

Confer. Clepsine parasitica.

20. Clepsine lineata *DIESING.*

Corpus elongatum depressum, griseum, supra lineis quatuor longitudinalibus nigris notatum. *Ocelli* 6, transversim biseriati, duo antici quatuor posticis majores. Longit. 16‴; latit. 2‴.

Hirudo lineata *Müller*: Verm. hist. I. 2. 39. — *Gmelin*: System. nat. 3096. — *Bosc*: Hist. nat. des vers. I. 246. — *Johnston*: Treat. med. Leech. 34. — *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 139. — *Fleming*: in *Werner's* Mem. III. 400. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 264. — *Fabricius*: in Köngel. Dansk. Vidensk. Selsk. Naturvid., og Mathem. Afhandl. 1826. II. 35. Tab. III. y. Fig. 1. 2.
Erpobdella lineata *Fleming*: Phylos. Zool. II. 604.
Glossobdella lineata *Blainville*: l. s. c. LVII. 565.
Glossiphonia? lineata *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 381.

Habitaculum. In paludosis Daniae, primo vere, rara (*Müller* et *Fabricius*).

** Asiphonostoma. *Os in tubulum haud protractile, uni- v. bilabiatum, maxillis praeditum v. destitutum. Ocellata aut coeca.*

LXIII. NEPHELIS *SAVIGNY.*

Hirudo *Auct.* — Helluo *Oken.* — Erpobdella *Blainville.*

Corpus elongatum depressum, antrorsum angustatum, obsolete annulatum. *Caput* corpore continuum. *Os* amplum oblique terminale limbo prominulo subbilabiatum maxillis nullis, plicis internis tribus longitudinalibus variabilibus. *Ocelli* octo nigri, quatuor in primo et quatuor in tertio annulo. *Acetabulum* subbasilare ventrale centro affixum, orbiculare. *Penis* inter 34. et 35., apertura feminea inter 37. et 38. annulum. *Anus* dorsalis supra acetabulum. — Ovipara. Aquarum dulcium incolae. Acetabulo affixa toto corpore lumbricorum terrestrium more involuto fluctuant.

1. Nephelis vulgaris *MOQUIN-TANDON.*

Corpus supra subtusque convexiusculum, margine acutum crenulatum, brunneum, carneum v. griseum, concolor v. brunneo v. flavo sparse punctatum, lineatum v. nigro-reticulatum. *Ocelli* semilunatim, nunc in formam coni truncati dispositi. Longit. 15 — 24‴; latit. 2 — 4‴.

α. normalis. Corpus laete brunneum, nec maculatum nec lineatum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 303. Tab. III. 1.

β. sanguinea. Corpus fusco-roseum, nec maculatum nec lineatum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 2.

γ. testacea. Corpus pallide lateritium, nec maculatum nec lineatum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 3.

δ. lugubris. Corpus nigro-brunneum, nec maculatum nec lineatum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 4.

ε. cinerea. Corpus laete cinereum, nec maculatum nec lineatum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 5.

ζ. griseola. Corpus cinereum, punctis flavescentibus. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 6.

η. atomaria. Corpus carneum, punctis albidis v. flavidulis transverse linearibus. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 7.

ϑ. virescens. Corpus laete viride, supra flavo-punctatum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 8.

ι. flavescens. Corpus flavescens lineis longitudinalibus, media nodosa, lateralibus punctis remotis sanguineis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 9.

κ. rutila. Corpus rufum, supra punctorum brunneorum seriebus longitudinalibus quatuor. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 10.

λ. Mülleri. Corpus brunneo-luteo-fuscum, linea media nodosa, lateralibus nigricantibus antrorsum intus pinnatis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III.

μ. reticulata. Corpus brunneum nigro-reticulatum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 304. Tab. III. 11.

Hirudo tenuior a cauda muris non multum diversa *Aldrovandus*: de Insectis VIII. 722.

Hirudo octoculata *Bergmann*: in Act. Stock. 1756. 199. et 1757. Tab. VI. 5.—8. — *Linné*: Fauna Suec. éd. 2. Nr. 2080. — *Weser*: in Amoen. acad. VII. 44. — *Linné*: System. nat. éd. 12. 1079. — *Derheim*: Hist. nat. des Sangs. — *Turton*: Brit. Fauna 1829. — *Pennant*: Brit. Zool. IV. 71.

Hirudo vulgaris *Müller*: Hist. verm. I. 2. 40. — *Gmelin*: System. nat. 3096. — *Bruguière*: in Encycl. méth. Helminth. Tab. LI. 5.—8. a.—c. — *Bosc*: Hist. nat. des vers. I. 256. — *Schrank*: Fauna Boica. III. 2. 161. — *Braun*: System. Beschr. einig. Egelart. 39.—43. Tab. III. 4.—11. — *Johnston*: Treat. med. Leech. 33. et: in Philos. Trans. 1817. 21. Tab. IX. idem: Furth obs. med. Leech. 29. Tab. IX. — *Carena*: Monogr. Hirud. 290.

Helluo (Hirudo) octoculata *Oken*: Lehrb. d. Naturg. III. 367.

Hirudo atomaria *Carena*: Monogr. gen. Hirud. 295. Tab. XII. 16.

Erpobdella vulgaris *Blainville*: in *Lamarck's* Hist. nat. des anim. s. vert. V. 296. et 2. édit. V. 528. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 259.—261. et LVII. 564. Tab. XXXVI. 4. — *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 439. — *Gervais*: in *Guérin's* Dict. III. 629. Tab. CCXI. 7.

Erpobdella (Hirudo) vulgaris var. testacea *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 259. et LVII. 564.

Erpobdella (Hirudo) vulgaris var. rutila *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 259. et LVII. 564.

Erpobdella (Hirudo) vulgaris var. cinerea *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 259. et LVII. 564.

Erpobdella (Hirudo) vulgaris var. atomaria *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 261. et LVII. 564.

Nephelis cinerea *Savigny*: Syst. des Annel. Hirud. 117. — *Moquin-Tandon*: Monogr. d. Hirudin. 129. Tab. VI. 7.

Nephelis rutila *Savigny*: l. s. c. 117. — *Moquin-Tandon*: l. s. c. 128.

Nephelis testacea *Savigny*: l. s. c. — *Moquin-Tandon*: l. s. c. 129.

Nephelis tesselata *Savigny*: l. s. c. 117.

Nephelis atomaria *Moquin-Tandon*: l. s. c. 128. Tab. VI. 6. — *Filippi*: Mem. delle Sanguis. 25.

Nephelis vulgaris *Moquin-Tandon*: l. s. c. 125. Tab. VI. 4. et 8. — *Filippi*: Mem. delle Sanguis. 24. — *Brightwell*: in Annal. and Mag. of nat. hist. IX. 13. Tab. I. 9.—14. — *Leidig*: in *Kölliker's* Bericht.

von d. kön. zootom. Anst. z. Würzburg. II. Bericht. 1849. 14.—16. Tab. III. 1. a. et b. et 5. a. — d. (organ. circ. et resp.)

Nephelis octoculata *Moquin-Tandon*: l. s. c. nouv. édit. 302. — 307. Tab. III. 1. — 11. et 12. — 33. (anatom.)

Habitaculum. In aquis dulcibus Europae centralis, inter plantas. — Animalcula minora devorant, Mollusca exsugunt. M. C.V.

LXIV. PINACOBDELLA *DIESING*.

Corpus elongatum subcylindricum, annulatum, utrinque antrorsum magis in collum attenuatum, annulis dorsalibus 17, semicircularibus tabulatis, ventralibus 17 convexiusculis, sutura utrinque marginali longitudinali sinuata junctis, carina undulata dorsali et sulco ventrali recto aequilongis. *Caput* collo continuum. *Os* terminale labio supero semicirculari tectum, labium inferum brevissimum, maxillae internae tres cartilagineae pyramidales triquetrae, apicibus convergentes. *Ocelli* nulli. *Acetabulum* simplex subbasilare ventrale centro affixum, orbiculare. *Aperturae* genitales... *Anus* dorsalis supra acetabulum. — In lacubus Georgiae.

1. Pinacobdella Kolenatii *DIESING*.

Corpus supra subtusque rubro-brunneum, segmentis granulatis, transverse nigro-fusco striatis. *Collum* annulis ad 15 densis munitum. Longit. corp. ad 10‴; crass. medio 2‴; longit. colli $1\frac{1}{2}$‴; crass. $\frac{3}{4}$‴.

Hirudo Georgianus *Kolenati*: in litteris.

Pinacobdella Kolenatii *Diesing*: in Icon. Zoograph. Ferd. I. Imperatoris.

Habitaculum. In lacu Sullü-ghöll (lacus Hirudinum), in parte boreali prov. Karabagh (*Kolenati*). M. C. V.

LXV. TYPHLOBDELLA *DIESING*.

Corpus sublanceolatum semiteres, annulis 81 — 93 laevibus. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale labio supero semielliptico, infero subnullo, maxillis internis tribus semicircularibus margine crenulatis, plicis longitudinalibus sub singula maxilla tribus. *Ocelli* nulli. *Acetabulum* simplex subbasilare ventrale centro affixum, orbiculare. *Penis* inter annulum 29.

et 30.; apertura in annulo 25. feminea. *Anus* dorsalis supra acetabulum. — In aquis dulcibus subterraneis.

Generi subsequenti certe valde affinis, ocellorum defectu nonnisi discrepans.

1. Typhlobdella Kovátsi *DIESING.*

Corpus antrorsum in colli speciem attenuatum, supra convexum fusco-cinereo-viride nigro-punctatum, subtus planum cinereo-flavum nigro-maculatum. Long. ad 2"; latit. superne 2'''; medio 5'''; diameter acet. $1\frac{1}{2}$'''.

Typhlobdella Kovátsi *Diesing*: Icon. Zoograph. Ferd. I. Imperatoris.

Habitaculum. In aquis subterraneis speluncae Aggtelekerensis Hungariae (*Kováts*). M. C. V.

LXVI. TROCHETA *DUTROCHET.*

Nephelis *Moquin-Tandon.* — Geobdella *Blainville.*

Corpus subcylindricum antrorsum in collum attenuatum, annulis ad 120, inaequalibus, minus distinctis. *Caput* collo continuum. *Os* amplum oblique terminale, labio supero semielliptico producto, infero subnullo, maxillis internis tribus, parvis semicircularibus compressis haud canaliculatis, plicis tribus oesophageis. *Ocelli* octo minimi. *Acetabulum* subbasilare ventrale centro affixum, orbiculare. *Penis* inter 32. et 33., apertura feminea inter 37. et 38. annulum. *Anus* dorsalis supra acetabulum, semicircularis amplus. — Ovipara, coccum formantia. Aquarum dulcium incolae.

1. Trocheta subviridis *DUTROCHET.*

Corpus depressum, supra griseo-rosaceum v. fusco-viride, fasciis duabus longitudinalibus, v. nullis, subtus flavicans. *Ocelli* quatuor in segmento primo, quatuor in segmento tertio, in lineam curvam dispositi. Longit. corp. $2\frac{1}{2}$"; latit. 4—5'''; longit. colli 6'''; latit. 2'''.

α. communis. Corpus obscure griseum v. nigro-viride, fasciis duabus obscurioribus. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 309. Tab. IV. 1.

β. rufescens. Corpus griseo-rosaceum, fasciis duabus obscurioribus. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 310.

γ. nigricans. Corpus nigro-brunneum, fasciis duabus obsoletis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 310. Tab. IV. 2.

δ. brunnea. Corpus brunneum, fasciis nullis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 310. Tab. IV. 3.

ε. rubella. Corpus rubro-brunneum, fasciis nullis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 310. Tab. IV. 4.

ζ. carnea. Corpus carneum, fasciis nullis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 310. Tab. IV. 5.

Trocheta subviridis *Dutrochet*: in Bullet. de la soc. philom. 1817. 130. — 131. Isis 1818. 1917. — *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 309. Tab. IV. 1 — 5. (anim.) 6 — 21. (anatom.).

Trochetia subviridis *Lamarck*: Hist. nat. des anim. s. vert. V. 292. 2. édit. V. 523. — *Bosc*: in Dict. d'Hist. nat. XXXIV. 500. — *Cuvier*: Règn. anim. nouv. édit. III. 215.

Nephelis Trochetia *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 129.

Nephelis Gigas *Moquin-Tandon*: l. s. c. 127. Tab. VI. 5. a — d.

Erpobdella vulgaris var. Gigas *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 564.

Geobdella (Hirudo) viridis *Blainville*: l. s. c. XLVII. 244. 246. et LVII. 559. Tab. XXXIV. 6.

Habitaculum. In Galliae fonticulis et fossis, supra terram humidam Lumbricos persequuntur et devorant; coccum abscondunt (*Dutrochet*); in Algeria (*Guyon*).

LXVII. BDELLA *SAVIGNY*.

Paleobdella *Blainville*. — Limnatis *Moquin-Tandon*.

Corpus cylindrico-conicum, annulis ad 94 aequalibus. *Caput* corpore continuum. *Os* terminale, urceolare breve bilabiatum, maxillis internis tribus ovalibus subcarinatis, nec denticulatis. *Ocelli* octo. *Acetabulum* subbasilare ventrale centro affixum, orbiculare. *Penis* inter 23. et 24., apertura feminea inter 28. et 29. annulum. *Anus* exiguus dorsalis subbasilaris. — In aqua Nili.

1. Bdella nilotica *SAVIGNY*.

Corpus depressiusculum, supra fusco-brunneum, subtus rufum. *Ocelli* sex in segmento primo, duo in annulo tertio. Longit. 3 — $3\frac{1}{2}''$; latit. 4 — 8''.

Bdella: Herodoti Halicarnassei Historiarum Lib. IX. Lib. II. Cap. LXVIII.

Bdella nilotica *Savigny*: Syst. des Annel. 113. Tab. V. 4. — *Audoine*: in Dict. class. d'hist. nat. Tab. LXXV. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 257. (Hirudo). — *Kirby*: Pow. wisd. Goodn. I. 336. Tab. VIII. 3. — *Gervais*: in *Guerin* Dict. III. 629. Tab. CCXI. 3.

Limnatis nilotica *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. 122. et nouv. édit. 349.
Paleobdella nilotica *Blainville*: l. s. c. LVII. 563. Tab. XXXV. et 3. a. b.

Habitaculum. In Crocodilorum faucibus teste Herodoto; in aqua Nili prope Cahiram (*Savigny*). — Arabis: *Alak*.

LXVIII. AULOSTOMUM *MOQUIN-TANDON*.

Hirudo *Auct.* — Haemopis *Savigny*. — Pseudobdella *Blainville*.

Corpus subcylindricum antrorsum angustatum, annulis ad 95 subaequalibus. *Caput* corpore continuum. *Os* amplum oblique terminale, labio supero producto lanceolato, infero subnullo, maxillis internis tribus ovalibus haud compressis sparse obtuse dentatis, plicis oesophageis longis duodecim. *Ocelli* decem. *Acetabulum* subbasilare ventrale centro affixum, orbiculare. *Penis* inter 24. et 25., apertura feminea inter 29. et 30. annulum. *Anus* semilunaris dorsalis supra acetabulum. — Ovipara, coccum formantia summe voracia. — In fossis et piscinis, aut supra terram humidam.

1. Aulostomum Gulo *MOQUIN-TANDON*.

Corpus subcylindricum parum depressum, antrorsum subito angustatum, supra nigro-brunneum v. nigro-olivaceum, subtus pallide olivaceum. *Ocelli* in lineam curvam dispositi. Longit. 2—3″; latit. retr. 4‴; med. 3‴; apice 1‴.

β. fuliginosa. Corpus supra fuliginosum, concolor. *Moquin-Tandon*: 2. édit. 315. Tab. V. 3.

γ. olivacea. Corpus supra griseo-olivaceum rufescens, concolor. — *Moquin-Tandon* 2. édit. 315.

δ. cinerascens. Corpus supra cinereum concolor. — *M. T.*: 2. édit. 315.

ε. viridescens. Corpus supra viridulum, concolor. — *M. T.*: 2. édit. 315.

ζ. punctata. Corpus supra olivaceum, nigro-punctatum. — *M. T.*: 2. édit. 315. Tab. V. 4.

η. maculosa. Corpus supra olivaceum, maculis oblongis fuscis longitudinaliter dispositis. — *M. T.*: 2. édit. 315. Tab. V. 5.

ϑ. ornata. Corpus supra nigro-brunneum vitta pallida mediana cateniformi. — *M. T.*: 2. édit. 315. Tab. V. 6.

Hirudo maxime apud nos vulgaris *Rai?*: Hist. Insect. 3.
Hirudo nigra, abdomine plumbeo *Hill?*: Hist. animal. III. 16.

Hirudo Sanguisuga *Müller*: Hist. verm. I. 2. 38. (excl. syn. *Bergm. Gisl.* et *Linn.*). — *Gmelin*: Syst. nat. 3095. (excl. syn. *Bergm. Gisl.* et *Linn.*). — *Pennant*: Brit. Zool. new. ed. IV. 70? — *Johnston*: Treat. med. Leech. 31. (excl. syn. *Bergm. Gisl. Barb. Wes. Linn.*). — *Carena*: Monogr. gen. Hirud. 286. Tab. XI. 7. 8. et 12. 23. 25. 26. (excl. syn. *Linn.*).

Hirudo Gulo *Braun*: Syst. Beschr. einig. Egelart. 12.—23. Tab. I. 1.—7.

Hirudo vorax *Johnston*: Treat. med. Leech. 62. — *Pelletier* et *Huzard*: Rech. genr. Hirud. Journ. pharm. 1825. 121.

Haemopis nigra *Savigny*: Syst. des Annel. 116. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zoolog. II. Tab. XXIX. B. 12 — 17. (anatom.).

Aulostoma nigrescens *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 124. Tab. VI. 3. (mala). — *Duverney*: in Institut. Nr. 181. 354. et in *Wiegmann's* Arch. 1837. 2. 253.

Pseudobdella (Hirudo) nigra *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 249. et LVII. 560.

Pseudobdella (Hirudo) vorax *Gervais*: in Guerin Dict. III. 628. Tab. CCXI. 6. et 6. a. b.

Haemopis vorax *Filippi*: Mem. delle Sanguis. 25. (excl. syn. *Linn. Sav. Moq.*).

Haemopis ornata *Filippi*: l. s. c. 25. Fig. 14.

Aulostoma Gulo *Moquin-Tandon*: Monograph. des Hirudin. nouv. édit. 313. Tab. V. 1 — 6. (animal.) 7 — 20. (anatom.).

Habitaculum. In Europae centralis fossis, stagnis et piscinis; pisciculos, larvas aquaticas et Hirudines devorant, imo in propriam speciem saeviunt; supra terram humidam Lumbricos persequuntur et coccum abscondunt. M. C. V.

LXIX. HAEMOPIS *SAVIGNY* et *M. T.*

Hirudo *Auct.* — Hippobdella *Blainville.*

Corpus subcylindricum conicum, annulis ad 98 minus distinctis. *Caput* corpore continuum. *Os* oblique terminale, labio supero valde producto sublanceolato, maxillis internis tribus parvis ovalibus haud compressis, sparse et obtuse denticulatis. *Ocelli* decem. *Acetabulum* subbasilare ventrale, centro affixum orbiculare. *Penis* inter 24. et 25., apertura feminea inter 29. et 30. annulum. *Anus* dorsalis subbasilaris. — Ovipara, coccum formantia. Aquarum dulcium incolae.

1. Haemopis sanguisorba *SAVIGNY.*

Corpus depressum, flavidum, supra brunneo-fuscum v. olivaceum, macularum nigrarum seriebus sex, marginibus flavis

v. aurantiacis, subtus nigrescens. *Ocelli* in lineam curvam dispositi. Longit. 2—3'; latit. 4—5'''.

β. olivacea. Corpus olivaceum, supra punctulorum brunneorum seriebus sex, marginibus flavescentibus. — *Pellet.* et *Huz.*: Tab. II. 15.

γ. simplex. Corpus olivaceum concolor, marginibus flavescentibus. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 319. Tab. VI. 2.

δ. rufimarga. Corpus brunneo-olivaceum, supra fasciis lateralibus rubris marginibusque rubris. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 319. Tab. VI. 3.

ε. dorsalis. Corpus fusco-olivaceum, supra fascia mediana rubra, marginibus olivaceis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 320. Tab. VI. 4.

ζ. elegans. Corpus supra olivaceum, fascia mediana aurantiaca lineis duabus nigro- et duabus brunneo-punctatis limitata, marginibus aurantiacis, subtus nigricans. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 320.

η. bicolor? Corpus viridescens, supra punctulorum seriebus duabus, marginibus..., subtus croceum. *Moq.-Tand.*: 2. édit. 320.

ϑ. lineata. Corpus obscure olivaceum, supra punctulorum nigrescentium seriebus sex, marginibus olivaceis. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 320.

ι. luctuosa? Corpus nigrescens, supra punctulorum nigrorum seriebus quatuor. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 320.

κ. lacertina? Corpus brunneum supra punctulorum nigrorum inaequalium seriebus duabus flexuosis et duabus majoribus magis internis cum tribus minoribus regulariter alternantibus. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 320.

λ. nigra. Corpus nigro-olivaceum, concolor. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 320.

μ. aterrima. Corpus supra aterrimum, concolor, subtus nigro-olivaceum. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 320.

Rossaglen *Aldrovandus*: De anim. insect. 1602. lib. VII. 722.

Hirudo depressa fusca margine laterali flavo *Linné*: Fauna Suec. 1746. 364

Hirudo sanguisuga *Bergman*: in Act. Stock. 1757. Tab. VI. 3. — 4. — *Gisler*: in Act. Stock. 1758. 95. — *Petiver*: Gazoph. nat. et art. 130. Fig. 7. — *Weser*: in Linnei Amoen. Acad. VII. 44. — *Linné*: Syst. nat. édit. XII. 1079. — *Barbut*: Gen. verm. 20. Tab. II. 6. — *Bruguier*: in Encycl. méth. Helminth. Tab. LI. 3. — 4. — *Cuvier*: Règn. anim. éd. 2. 532. — *Audouin*: in Dict. class. d'Hist. nat. VIII. 8. — *Derheim's*: Hist. nat. des Sangs. 10. — *Templeton*: in Loudons Mag. of nat. Hist. IX. 235.

Hirudo sanguisorba *Lamarck*: Hist. nat. des anim. s. vert. V. 291. et 2. édit. V. 521.

Haemopis sanguisorba *Savigny*: Syst. des Annel. 115. — *Brightwell*: in Ann. and Mag. of nat. Hist. IX. 12. et in Encycl. Brit. XI. 226.

Haemopis lacertina *Savigny*: Syst. des Annel. 117. — *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 111.

Haemopis luctuosa *Savigny*: l. s. c. 116. — *Moquin-Tandon*: l. c. 110.

Haemopis vorax *Moquin-Tandon*: 108. Tab. IV. 5. (excl. syn. *Car. Johns. Pellet.* et *Huz.*).

Guyon: in Comtes rendus. hebd. XIII. 785. et: in L'Instit. 1841. 346. et: in *Froriep's* N. Notiz. Nr. 438. 312. et: in *Wiegmann's* Arch. 1842. II. 336. — *Guyon*: in Gazette médic. de Paris 1843. Nr. 35. — *Leydin*: in *Kölliker's* Berichte von der königl. zootom. Anst. z. Würzburg II. Ber. 1849. 16. Tab. III. 4. (anatom.).

Haemopis bicolor *Risso*: Hist. nat. de l'Europe mérid. IV. 428.

Haemopis aterrima et limbata *Risso*: l. s. c. 430.

Haemopis sanguisuga *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 2. édit. 318. Tab. VI. 1. — 4. (anim.) 5. — 22. (anatom.).

Hippobdella (Hirudo) sanguisuga *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 152. et LVII. 561. — *Gervais*: in Guerins Dict. III. 638. Tab. CCXI. 4. a. d.

Hippobdella (Hirudo) lacertina *Blainville*: l. s. c. XLVII. 253. et LVII. 561.

Hippobdella (Hirudo) luctuosa *Blainville*: l. s. c. XLVII. 253. et LVII. 571.

Sanguisuga aegyptiaca *Larrey*: Hist. chir. de l'arm. Orient. 54. — *Bosc*: in Dict. d'hist. nat. XXX. 130. -- *Derheim's* Hist. nat. de Sangs. 10. — *Moquin-Tandon*: Monogr. 120. et nouv. édit. 320. in nota. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 241.

Habitaculum. In fossis, stagnis et piscinis vulgaris; interdum mammalium cava intrat, in Europa praeprimis Equos et Boves, in Africa boreali Camelos infestat, pharyngem, laryngem aut nares ingrediens. — Coccum in terra humida abscondit.

2. Haemopis Ardeae *MOQUIN-TANDON.*

Corpus supra rufescens v. nigrescens, subtus griseum. Longit. 12—14‴; latit. ad $1\frac{1}{2}$‴.

Sangsue trouvée sur un Héron *Guyon*: Mém. présent. Inst. 1824. — Rapp. de *Bosc* et *Latreille*: in Inst. 26. juil. 1824. — *Achard* note ad Sang. off. in Journ. pharm. 1825. juin. 296. — *Pelletier* et *Huzard*: in Journ. pharm. 1825. mars. 121. note 1.

Hirudo? Ardeae *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 1826. 140. — *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLII. 272.

Haemopis Ardeae *Moquin-Tandon*: Monogr. 2. édit. 323. Tab. XI. 23.

Habitaculum. *Ardea virescens*: sub palpebris et in naribus, in ins. Martinique (*Guyon*).

LXX. HIRUDO *RAI et LINNÉ.*

Sanguisuga *Savigny.* — Iatrobdella *Blainville.*

Corpus elongatum antrorsum angustatum depressum, annulis ad 95, aequalibus, laevibus v. granulosis. *Caput* corpore continuum. *Os* oblique terminale bilabiatum, labio supero producto sublanceolato, maxillis internis tribus semicircularibus compressis denticulorum acutorum seriebus duabus marginalibus, in serie singula 60—70. *Ocelli* decem. *Acetabulum* subbasilare ventrale centro affixum, orbiculare. *Penis* inter 24. et 25., apertura feminea inter 29. et 30. annulum. *Anus* dorsalis subbasilaris. Ovipara, coccum formantia, sanguisuga. — Aquarum dulcium incolae.

1. Hirudo medicinalis *RAI et LINNÉ.*

Corpus utplurimum griseo-olivaceum, supra fasciis sex plus minusque distinctis pictum, margine olivaceum, subtus fasciis marginalibus notatum. Longit. 4—7″; latit. 5—6‴.

A. Corpus supra griseo- v. obscure olivaceum, subtus utplurimum nigro-maculatum.

Sanguisuga medicinalis *Savigny*: Syst. d. Annel. 114. — *Risso*: Hist. nat. d. Eur. mérid. IV. 428. — *Moquin-Tandon*: Monogr. 114. Tab. V. 2. — *Filippi*: Mem. delle Sanguis. 26.

Hirudo medicinalis var. grisea *Blainville*: l. c. XLVII. 52.

α. vulgaris. Inter fascias medianas et laterales maculae nullae aut parum distinctae. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 329. Tab. VII. 3.

β. catenata. Inter fascias medianas maculae nullae, inter laterales maculae nigrae in quadrata disposita. — *M. T.* 2. édit. 330. Tab. VII. 4.

γ. signata. Inter fascias medianas maculae nullae, inter laterales maculae triangulares. — *M. T.*: 2. édit. 330. Tab. VII. 5.

δ. serpentina. Fasciae medianae nigro-punctatae, inter laterales maculae angulosae. — *M. T.*: 2. édit. 330. Tab. VII. 6.

ε. tessellata. Fasciae cum maculis tessellatis alternantibus conflatae. — *M. T.* 330. Tab. VII. 7.

B. Corpus supra olivaceum, subtus utplurimum immaculatum.

Sanguisuga officinalis *Savigny*: Syst. des Annel. 330. — *Moquin-Tandon*: Monogr. 112. Tab. V. 1. — *Audouin*: in Dict. class. d'hist. nat. XV. 109. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Medicin. Zool. II. 237. Tab. XXX. 1. a.—c.

Sanguisuga meridionalis *Risso*: l. c. IV. 428.
Hirudo (Iatrobdella) medicinalis v. viridis *Blainville*: l. s. c. XLVII. 52.

ζ. communis. Fasciae vix maculatae *M. T.*: nouv. édit. 330. Tab. VII. 10.

η. serialis. Fasciae maculis nigris conflatae. — *M. T.*: 2. édit. 330. Tab. VII. 11.

ϑ. intermissa. Fasciae maculis ellipticis linea in mediana nigra dispositis conflatae, omni quinto annulo interruptae. — *M. T.*: 2. édit. 330. Tab. VII. 12.

ι. transversa. Fasciae continuae omni quinto annulo transverse bilineatae. — *M. T.* 2. édit. 330. Tab. VII. 13.

κ. provincialis. Fasciae omni quinto annulo linea transversa rufescente interruptae. — *M. T.* 2. édit. 331. Tab. VII. 14.

C. Corpus supra olivaceum plus minusque flavum, subtus rufo-punctatum v. non punctatum.

λ. clorogastra. Fasciae dorsales plus minusque distinctae, subtus magis flavum. — *M. T.*: 2. édit. 331. Tab. VII. 16.

μ. chlorina. Fasciae dorsales subnullae, supra subtusque flavescens. — *M. T.* 2. édit. 331. Tab. VII. 17.

D. Corpus nigro-olivaceum, subtus maculis nullis.

ν. nigrescens. Fasciae maculis nigris et brunneis minus distinctis conflatae. — *M. T.*: 2. édit. 331. Tab. VII. 18.

ξ. luctuosa. Fasciae nigrae maculis nonnullis laetioribus. — *M. T.*: 2. édit. 331. Tab. VII. 19.

E. Corpus supra carneum v. rosaceum, subtus magis pallidum immaculatum.

ο. pallida. Fasciae passim evanescentes. — *M. T.*: 2. édit. 331. Tab. VIII. 1.

π. carnea. Nec fasciata nec maculata. — *M. T.*: 2. édit. 331. Tab. VIII. 2.

F. Corpus supra fulvum, subtus pallidum parum viridulum, maculis nullis.

ρ. elegans. Fasciae lineares brunneae, inter marginales macularum series cateniformis. — *M. T.*: 2. édit. 332. Tab. VIII. 3.

ς. lineata. Fasciae lineares aequales brunneae. — *M. T.*: 2. édit. 332. Tab. VIII. 4.

G. Corpus supra brunneum, subtus utplurimum nigropunctatum.

Sanguisuga obscura *M. T.*: Monogr. 116. Tab. V. 3. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 236. Tab. XXX. 3.

τ. obscura. Fasciae maculis nigris conflatae. — . *T.*: 2. édit. 332. Tab. VIII. 5.

υ. lentiginosa. Fasciae marginales nigricantes, intermediae pallidae punctulorum nigrorum serie longitudinali. — *M. T.*: 2. édit. 332. Tab. VIII. 6.

φ. vittata. Fasciae medianae pallide fulvae, inter marginales maculae duae nigrae parallelae in omni annulo quinto. — *M. T.*: 2. édit. 332. Tab. VIII. 7.

Hirudo major et varia *Gesner*: De pisc. et aquat. anim. nat. 503. ic.

Hirudo varia *Aldrovandus*: De anim. insect. 763. ic.

Hirudo depressa, nigra, abdomine subcinereo *Linné*: Fauna Suec. 365.

Hirudo nigrescens, flavo-variegata *Hill*: Hist. anim. III. 16.

Hirudo medicinalis *Rai*: Hist. insect. 3. — *Billenius*: in Ephem. nat. cur. 1719. Cent. 7. Tab. V. 1.—4. — *Bergmann*: in Act. Stock. 1757. 308. Tab. VI. 1. 2. — *Gisler* ibid. 1758. 95. — *Salomon*: ibid. 1760. 35. — *Linné*: Fauna Suec. éd. 2. Nr. 2079. et Syst. nat. XII. édit. 1079. — *Weser*: in Linn. Amoen. Academ. VII. 41. — *Müller*: Hist. verm. I. 2. 37. — *Gmelin*: Syst. nat. 3096. — *Bruguières*: in Encycl. méth. Helminth. XI. Tab. LI. 1. et 2. — *Leach*: in Encycl. Brit. suppl. I. 451. Tab. XXVI. 2. — *Bosc*: Hist. nat. des vers. I. 245. Tab. VIII. 6. — *Shaw*: Nat. misc. Tab. XXVIII. — *Pennant*: Brit. Zool. IV. 36. — *Johnston*: Treat. med. Leech. 29. — *Oken*: Lehrb. der Naturg. III. 1. 368. — *Cuvier*: Règne anim. II. 532. — *Lamarck*: Hist. nat. des anim. s. vert. V. 291. 2. édit. V. 520. — *Carena*: Monogr. gen. Hirud. 279. Tab. XI. 1.—3. — *Home*: Comp. anatom. II. 70. IV. Tab. XXXIX. 3. — *Kölliker*: Beitr. z. Kenntn. der Geschlechtsverhältn. u. Samenfl. etc. 20.—24. Tab. II. 19. — *Moquin-Tandon*: Monogr. 2. édit. 327. Tab. VII.—XI.

Hirudo venesector *Braun*: Syst. Beschr. einig. Egelart. 24.—34. Tab. II. 1.—9.

Hirudo vulgaris *Müller*: in *Meckel's* Arch. f. Anat. u. Phys. 1828. I. 22. (de circul.)

Sanguisuga medicinalis *Brightwell*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. IX. 13. et: in Encycl. Brit. XI. 225. Tab. CLXXVI. 14. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 238.—297. Tab. XXVIII. 3. A.—M. XXIX. — 1. 58. et XXIX. B. 1.—11. (Anatom.) Tab. XXX. 5.—24. (de evolut.) — *Fischer*: in Medic. Jahrb. d. k. k. österr. Staates. XIX. 440. Fig. 1.—4. — *Kollar*: in *Treitschke's* Naturhist. Bildersaal. III. 96.—99. Tab. CCXXVII. a.—e. — *Charpantier*: in l'Inst. 1838. 261. (de prop.) et: in *Wiegmann's* Arch. 1839. 2. 245. — *Wedeke*: in *Froriep's* Neu. Notiz. XXI. 183. (de ov. form.) et: in *Wiegmann's* Arch. 1843. 296.

Iatrobdella (Hirudo) medicinalis *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 254. et LVII. 561.

Hirudo officinalis *Derheim*: Hist. nat. des Sangs. 9. et 11. — *Geiger*:

Handb. d. Pharmac. II. 2. 2145. — *Kollar*: in *Treitschke's* naturh. Bildersaal. III. 100. Tab. CCXXVII. f. g. (bona).

Hirudo provincialis *Carena*: Monogr. 282. Tab. XI. 4. et 5. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. Tab. XXX. 1. m.

Sanguisuga officinalis *Fischer*: in Med. Jahrb. d. k. k. österr. Staates XIX. 441. Fig. 5. — 10. (bona).

Sanguisuga chlorogaster *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 238. Tab. XXVIII. 1. et 2. — *Moquin-Tandon*: 2. édit. 331.

Der Blutegel: *Kuntzmann*: Anatom. physiol. Unters. 1817. c. i. — *Knolz*: Naturhist. Abhandl. über d. mediz. Blutegel. 1820. — *Clesius*: Beschr. d. med. Blutegels. — *Müller*: Naturh. Beschr. d. Blutegels. 1830. — *Egidy*: Die Blutegelzucht nächst ausf. Beschr. d. Blutegel, seiner Arten und Variet. 1844. et pl. a.

Habitaculum. In fossis, stagnis et piscinis per totam fere Europam et Africam septentrionalem. Var. *medicinalis* praeprimis in Europa septentrionali, var. *officinalis* in Europa meridionali. M. C. V.

2. Hirudo albo-punctata *DIESING*.

Corpus depressum nigro-brunneum, supra fasciis longitudinalibus aterrimis sex. *Annuli* verrucosi, omni quinto albo-punctato. Longit. 4 — 5″.

Sanguisuga albo-punctata *Wahlenberg*: in Hygiea, med. och pharmaceut. manadsk. IV. 1842. 352. — *Creplin*: in *Froriep's* Neue Notiz. XXIII. 296. — *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. nouv. édit. 334. in nota.

Habitaculum. In Svecia prope Longelf, ubi officinalis (*Strandberg*).

3. Hirudo Troctina *JOHNSTON*.

Corpus depressum supra viridulum, maculis s. punctis in una quaque serie transversali 6, seriebus plurimis, margine aurantiacum s. rufescens, subtus fascia marginali in zigzag flexuosa. Long. 3 — 4″.

β. guttata. Maculae medianae aurantiacae, marginales nigrae. — *M. T.*: 2. édit. 335. Tab. XI. 20.

γ. concatenata. Maculae lineis nigris longitudinaliter junctae. — *M. T*: 2. édit. 335. Tab. XI. 21.

δ. flammulata. Maculae lineis aurantiacis longitudinaliter junctae — *M. T.*: 2. édit. 335. Tab. XI. 22.

Hirudo Troctina *Johnston*: Treat. med. Leech. 31. — *Moquin-Tandon*: Monograph. 2. édit. 335. Tab. XI. 19. — 22.

Sanguisuga troctina *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirudin. 119. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 236. in nota.

Sanguisuga interrupta *Moquin-Tandon*: Monogr. 118. Tab. VI. 2. — *Audouin*: in Dict. class. nat. XV. 109. — *Brandt* et *Ratzeburg*: l. s. c. II. 235. Tab. XXX. 4.

Iatrobdella (Hirudo) medicinalis var. tessellata *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 255.

Habitaculum. In rivulis, in Anglia (*Johnston*); Monspessulani (*Moquin-Tandon*); in Algeria et per totam Barbariam (*Gervais*). — In pharmacopeis nonnullis officinalis.

4. Hirudo Verbana *CARENA.*

Corpus depressum, supra fusco-viride, fasciis sex longitudinalibus brunneis passim interruptis, margine ferrugineum, subtus flavo-viride immaculatum v. nigro-punctatum, margine nigro-limbatum. Longit. $2\frac{1}{2}''$; latit. $3\frac{1}{2}'''$.

Hirudo Verbana *Carena*: Monogr. d. gen. Hirudo. 285. Tab. XI. 6. — *Moquin-Tandon*: Monogr. 2. édit. 337.

Sanguisuga Verbana *Moquin-Tandon*: Monogr. 117. Tab. VI. 1. — *Audouin*: in Dict. class. d'hist. nat. XV. 109. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Medicin. Zool. II. 235. Tab. XXX. 2.

Sanguisuga Carena *Risso*: Hist. nat. de l'Europe mérid. IV. 429.

Iatrobdella (Hirudo) medicinalis var. Verbana *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 257.

Habitaculum. In lacu Verbano (*Carena*); Niceae (*Risso*), raro; haud officinalis.

5. Hirudo granulosa *BLAINVILLE.*

Corpus viridi-brunneum, supra fasciis tribus obscurioribus. *Annuli* papillis granulosis. Longit...

Sanguisuga granulosa *Savigny*: Syst. d. Annel. 115. — *Moquin-Tandon*: Monogr. d. Hirudin. 119. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 241.

Hirudo (Iatrobdella) granulosa *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 54. — *Moquin-Tandon*: nouv. édit. 341.

Habitaculum. In India orientali (Pondichery) a medicis in usum vocatum (*Leschenault*).

6. Hirudo mysomelas *HENRY, SERULLAS et VIREY.*

Corpus depressum, supra obcure olivaceum, fasciis tribus longitudinalibus plus minusque distinctis flavis nigro-cinctis, margine flavum, subtus flavum irregulariter nigro-maculatum. Longit. 4—5''; latit. 5—6'''.

β. nigrescens. Corpus supra nigrescens fasciis nullis.
γ. ferruginea. Corpus supra ferrugineum.

Hirudo Mysomelas *Henry, Serrullas* et *Virey*: in Journ. de pharm. 1829. XV. 640. — 646. — *Geiger's* Magaz. XXX. 256. et XXXI. 16. — *Moquin-Tandon*: Monogr. nouv. édit. 340.

Sanguisuga mysomelas *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 241.

Sanguisuga senegalensis *Dupuy*: Mém. adressé à l'Institut. 1830. — *Moquin-Tandon*: nouv. édit. 347.

Habitaculum. In Senegalia praeprimis in lacu Mboroo et Nghier (*Kéraudren*); officinalis.

Species inquirendae.

7. Hirudo sinica *BLAINVILLE.*

Corpus supra nigrum. Longit...

Abel Rémusat: in Encycl. Chinoise c. icone.

Hirudo (Iatrobdella) sinica *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 271. — *Moquin-Tandon*: Monogr. des Hirud. 2. édit. 344.

Habitaculum. A medicis sinensibus H. medicinalis vice in usu habetur.

8. Hirudo japonica *BLAINVILLE.*

Corpus supra flavum brunneo-punctatum. — *Corpus* contractum, magnitudine ovi gallinacei.

Krusenstern: Reise um die Welt. Atlas Tab. LXV. 5. ?

Sangsue du Japon *Bosc*: in Dict. d'Hist. nat. XXX. 141. — *Derheim's*: Hist. nat. d. Sangs. 10.

Sanguisuga japonica *Moquin-Tandon*: Monogr. 121.

Hirudo (Iatrobdella) japonica *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. XLVII. 271. — *Moquin-Tandon*: nouv. édit. 345.

Habitaculum. In Japonia (*Tilesius*).

9. Hirudo zeylanica *BLAINVILLE.*

Corpus filiforme nigrescens. Long. 2 — 3″; latit. $\frac{1}{4}$ — 1‴.

Sangsue du Ceylon *Knox*: Relat. d. l'île Ceylon 1693. I. 63. — *Valmont de Bomare*: in Dict. d'Hist. nat. 1776. VIII. 69. — *Bosc*: in Dict. d'Hist. nat. XXX. 140. — *Derheim's*: Hist. nat. de Sangs. 10. — *Marshall*: Notes on the topogr. of the int. of Ceylon. 1821. 17. — *Tytler*: in Transact. of the med. and phys. society of Calcutta II. Nr. 11. — *Julius'* et *Gersone's*: Magaz. 1826. 466. et in: Edinb. new Philosoph. Journ. 1826. Octob. 373. — *Johnston*: Further

Observ. 68. — *Froriep*: Not. I. 263. et XVI. 102. — *Brandes*': Arch. XXII. 102.

Sanguisuga zeylanica *Moquin-Tandon*: Monogr. d. Hirudin. 120. — *Brandt* et *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 242.

Hirudo (Iatrobdella) zeylanica *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. XLVII. 271. — *Moquin-Tandon*: nouv. édit. 347.

Habitaculum. In Ceyloniae humidis praeprimis tempore pluviali, sub plantis.

Vulnera sugtu orta ulcera maligna imo organorum deformationem causare fertur. — Num Haemopis species?

Fossiles.

LXXI. HIRUDINELLA *MÜNSTER*.

Corpus subcylindricum depressum utraque extremitate attenuatum rotundatum. *Acetabulum*...

1. Hirudinella angusta *MÜNSTER*.

Longit. ad 3''; latit. 2'''.

Hirudinella angusta *Münster*: Beitr. z. Petrefactenk. V. 98. Tab. I. 5. — *Pictet*: Trait. élément. de Paléontolog. III. 457.

Habitaculum. In formatione calcarea lithographica (*Comes de Münster*).

2. Hirudinella tenuis *MÜNSTER*.

Longit. ad $2\frac{1}{2}$''; latit. 1'''.

Hirudinella tenuis *Münster*: Beitr. z. Petrefactenk. V. 99. — *Pictet* Trait. élément. de Paléontolog. III. 457.

Habitaculum. In formatione calcarea lithographica (*Comes de Münster*).

Myzelminthorum species genere penitus dubiae.

I. TREMATODA.

1. Talpae coecae.

Di un nuovo genere di vermi ospitante negl' intestini della Talpa cieca in Corrispondenza Zoologica destinata a diffondere nel regno delle due Sicilie etc. redatta da Og. Costa. I. 1839. Febr. 16.

Habitaculum. *Talpa coeca*: in intestinis. — Vermis male descriptus pro novo genere venditus ad Trematoda pertinere videtur.

2. Ranae.

Trematodum Ranae *Valentin*: Repert. 1843. 90. Anm.

Habitaculum. *Rana*: in renibus (*Valentin*).

3. Pulmonis Lavareti *FABRICIUS.*

Oth. *Fabricius*: in Fauna Groenl. 269. nota. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 281. ej. Synops. 196.

Habitaculum. *Corregonus Wartmanni* (*Salm. Lavaretiis*): extus ventriculo adhaerens, in Groenlandia (*Fabricius*). — An Monostomum?

4. Gadi Wachniae *TILESIUS.*

Corpus subtriangulare, viridescens. Longit. 3 — 4‴.

Tilesius: in Mém. de l'Acad. des sc. de St. Petersbourg II. 374. Tab. XX. 11. — 13. — *Rudolphi*: Synops. 193. et 562.

Habitaculum. *Gadus Wachniae*: in fossis vertebralibus (*Tilesius*). — An Distomum?

5. Cancri Paguri *REDI.*

Corpus depressum subaequilatum, sursum rotundatum, retrorsum lunatim excisum, marginibus lateralibus curvatis. Longit. ad 3‴.

Redi: Anim. viv. 183. vers. 270. Tab. XXIV. e. f. f. f. — *Rudolphi*: Ent. hist. III. 287. ej. Synops. 197.

Habitaculum. *Platycarcinus Pagurus* (*Cancer grancevola*): in vesicula ovariorum (*Redi*).

6. Caneri Locustae ***REDI.***

Redi: Anim. viv. 183. vers. 271. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 288. ej. Synops. 197.

Habitaculum. *Palaemon Locusta*: in vesiculis ventriculo et ovario adhaerentibus vermiculos ejusdem indolis cum praecedente reperit *Redi*.

II. BDELLIDEA.

7. Planaria Hirudo ***JOHNSTON.***

Corpus elongatum lineare exannulatum fuscum, supra antrorsumque puncto et linea longitudinali nigra, postice maculis duabus pallidis signatum. *Ocelli* nulli. *Acetabulum* basilare orbiculare. Longit. 4‴.

Planaria Hirudo *Johnston*: in Annal. and Magaz. of nat. hist. XVI. 437. Tab. XV. 3.

Habitaculum. In sinu Berwickcensi inter confervas marinas (*Johnston*).

8. Sanguisuga marginata ***RISSO.***

Corpus supra intense olivaceo-viride, lineolis punctulorum nigrorum compositis striatum, margine rubro-croceum, subtus olivaceo-pallide-brunneum. *Ocelli* duo nigri. Longit. $6\frac{1}{2}$‴.

β. variegata. Supra olivaceum, lineis croceis nigrisque pictum.

Sanguisuga marginata *Risso*: Hist. nat. de l'Europe mérid. IV. 429. — *Brandt* u. *Ratzeburg*: Mediz. Zool. II. 237. nota.
Hirudo marginata *Moquin-Tandon*: Hirudin. nouv. édit. 339.

Habitaculum. In fossis et rivulis Nizeae (*Risso*).

9. Hirudo bicolor ***DAUDIN.***

Corpus oblongum parum depressum, brunneum utraque extremitate album. *Ocelli*... Longit. 6‴.

Hirudo? bicolor *Daudin*: Mém. sur div. esp. de Vers et de Zoophyt. 22. Fig. 4. — 6. — *Moquin-Tandon*: Hirudin. 140.
Hirudo (Erpobdella) bicolor *Blainville*: in Dict. des sc. nat. XLVII. 266.
Glossiphonia bicolor *Moquin-Tandon*: l. c. nouv. édit. 385.

Habitaculum. In Galliae fluviis (*Daudin*).

10. Hirudo viridis *RANG.*

Corpus elongatum depressum proteiforme, dense annulatum, antrorsum attenuatum, in caput dilatatum, viride, supra sparse rufo-maculatum. *Ocelli*... *Acetabulum* subbasilare disciforme. Longit...

Hirudo viridis *Rang*: in nouv. ann. d. Mus. IV. 317. Tab. XXIX. 4.
Malacobdella? viridis *Moquin-Tandon*: Hirudin. nouv. édit. 390.

Habitaculum. *Anodonta Chaiziana*: ad pallium et in cavitate branchiali, in Senegalia (*Rang*).

11. Hirudo fusca *MOQUIN-TANDON.*

Corpus subcylindricum, supra fusco-brunneum, unicolor. Longit...

Sangsue . . . *Derheim*: Hist. nat. Sangs. 23. — *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. XLVII. 273.
Hirudo? fusca *Moquin-Tandon*: Hirudin. nouv. édit. 348.

Habitaculum. In Scotia boreali, supra terram humidam et in aquis. Equos infestat.

12. Hirudo stagnorum *DERHEIMS.*

Corpus supra nigricans, subtus nigro-cinereum. Longit...

Hirudo stagnorum *Derheim*: Hist. nat. Sangs. 10.
Hirudo (Iatrobdella) stagnalis *Blainville* nec *Linné*: in Dict. d. sc. nat. XLVII. 270.
Hirudo? stagnorum *Moquin-Tandon*: Monogr. nouv. édit. 347.

Habitaculum. In paludosis Bretagniae raro (*Derheims*).

13. Hirudo lateralis *SAY.*

Corpus parum depressum, supra pallide lividum, sparse nigro-punctatum, rubro-fusco-marginatum, subtus minus pallidum. *Ocelli* curvilineo dispositi. Longit...

Hirudo lateralis *Say*: in *Long's* Narrat. of exped. to the source of St. Pet. riv. App. Zool. II. 267. — *Moquin-Tandon*: Hirudin. nouv. édit. 342.

Habitaculum. In Americae septentrionalis lacubus (*Say*).

14. Hirudo decora *SAY.*

Corpus supra lividum serie punctulorum rubrorum, margine nigro-punctatum, subtus rubrum sparse nigro-maculatum.

Ocelli in lineam transversam dispositi, duo postici discreti. Longit...

Hirudo decora *Say*: in *Long's* Narrat. of exped. to the source of St. Pet. riv. App. Zool. II. 268. — *Moquin-Tandon*: Hirudin. nouv. édit. 344.

Habitaculum. In Americae septentrionalis lacubus (*Say*).

15. Hirudo marmorata *SAY.*

Corpus supra nigrum v. brunneum, maculis irregularibus albidis, subtus utplurimum immaculatum. *Ocelli* in lineam curvam dispositi. Longit...

Hirudo marmorata *Say*: in *Long's* Narrat. of exped. to the source of St. Pet. riv. App. Zool. II. 267. — *Moquin-Tandon*: Hirudin. nouv. édit. 343.

Habitaculum. In Americae septentrionalis lacubus, rupibus adhaerens (*Say*).

16. Hirudo carnivora *BROSSAT.*

Corpus supra brunneum, fascia longitudinali mediana rubra, subtus viridulum. — Vivipara. Longit...

Hirudo carnivora *Brossat*: in *Brandes's* Arch. V. 249. — *Brandt* u. *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 242. in nota. — *Moquin-Tandon*: Hirud. nouv. édit. 323. in nota ad Haemopim.

Habitaculum. Ad aquarum superficiem sub occasu solis (*Brossat*).

17. Hirudo flava *BROSSAT.*

Corpus annulis 28. Longit...

Hirudo flava *Brossat*: in *Brandes'* Arch. V. 249. — *Brandt* u. *Ratzeburg*: Med. Zool. II. 242. in nota. — *Moquin-Tandon*: Hirud. nouv. édit. 334. in nota.

Habitaculum. In Gallia raro, in Hispania frequens (*Brossat*).

18. Hirudo martinicensis *BLAINVILLE.*

Petit Sangsue *Achard*: in Journ. de pharmac. X. 296.
Hirudo? martinicensis *Moquin-Tandon*: Hirudin. 139.
Hirudo (Pseudobdella) martinicensis *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. XLVII. 272.
Haemopis? martinicensis *Moquin-Tandon*: Monogr. 2. édit. 325.

Habitaculum. Martinicae (*Achard*).

19. Hirudo unicolor *DIESING.*

Corpus nigrum. Longit. ad $1\frac{1}{2}''$; latit. $3\frac{1}{2}'''$.

Hirudo martinicensis *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. XLVII. 250.
Haemopis? unicolor *Moquin-Tandon*: Hirudin. 2. édit. 324.

Habitaculum. Martinicae.

ORDO IV. CEPHALOCOTYLEA *D.*

Entozoa cystica et Cestoidea omnia, Trematoidis gen. Pentastomum *Rudolphi*.

Animalcula composita v. solitaria, alba v. grisea, transparentia v. opaca, coeca v. rarissime ocellata, praelonga, interdum ad 40 — 100 pedes increscentia. Corpus elongatum molle, parenchymatosum, planum v. depressum, rarius teretiusculum, extremitate caudali in vesicam liquore limpido repletam tumens v. in receptaculum nunc in corporis extremitate caudali, nunc inter collum et corpus situm ampliatum, nunc nec vesica nec receptaculo stipatum. Caput continuum v. collo (parte inarticulata pone caput) discretum. Acetabula orbicularia (oscula Auctorum) v. elongata, utplurimum angusta (bothria Auctorum) capiti inserta. Os terminale v. subterminale anticum. Oesophagus brevis. Tractus intestinalis subnullus, utplurimum bifurcatus ano destitutus, rarius simplex ano stipatus. Systema vasorum. Ganglion cerebrale in paucis visum. Organa genitalia nulla v. utraque in uno individuo juncta, v. discreta. Penis (lemniscus Auctorum) protractilis filiformis et apertura genitalis feminea. Propagatio per prolificationem v. per ovula. — Omnia endoparasita.

CONSPECTUS DISPOSITIONIS.

SUBORDO I. APROCTA.

Acetabula v. bothria 2, 4 aut 8 opposita, rarissime unicum. Tractus intestinalis subnullus v. bifurcatus, ano destitutus.

TRIBUS I. CYSTICA.

Caput acetabulis quatuor oppositis. *Corpus* extremitate caudali in vesicam tumens. *Animalcula* composita v. solitaria.

1. **ECHINOCOCCUS.** Animalcula numerosa in vesicae matricis superficie interna, primum affixa demum intra eandem libera. Caput polymorphum echinis deciduis armatum.
2. **COENURUS.** Animalcula numerosa in vesicae matricis superficie externa, nunquam libera. Caput tetragonum armatum.
3. **CYSTICERCUS.** Animalcula solitaria, vesica caudali elongata v. subglobosa. Caput tetragonum armatum.
4. **PIESTOCYSTIS.** Animalcula solitaria, vesica caudali compressa. Caput tetragonum inerme.

TRIBUS II. TAENIOIDEA.

Caput acetabulis quatuor v. octo oppositis. *Corpus* extremitate caudali haud in vesicam tumens. *Animalia* solitaria.

5. **TAENIA.** Caput subglobosum v. tetragonum, acetabulis 4 oppositis. Os terminale aut in rostelli protractilis apice.
6. **SCIADOCEPHALUS.** Caput horizontaliter disciforme, acetabulis 4 centralibus hemisphaericis in quadratum dispositis. Os inter acetabula centrale.
7. **EPHEDROCEPHALUS.** Caput parvum tetragonum acetabulis 4 angularibus, collo brevissimo dilatato apice

complanato marginibus reflexis quadrisinuoso insidens. Os terminale.

8. **AMPHOTEROMORPHUS.** Caput parvum pyramidale acetabulis 4 angularibus, collo dilatato apice complanato bothriis s. foveis 4 exsculpto insidens. Os terminale.

9. **PELTIDOCOTYLE.** Caput acetabulis 8 geminatim discis quatuor apice cruciatim convergentibus immersis munitum. Os terminale.

TRIBUS III. THECAPHORA.

Caput bothriis duobus aut quatuor oppositis et proboscidibus quatuor terminalibus armatis retractilibus instructum. *Receptaculum* amplum in extremitate corporis caudali v. inter collum et corpus situm. *Animalia* solitaria.

10. **ANTHOCEPHALUS.** Caput bothriis 2 et proboscidibus 4. Receptaculum in extremitate caudali.

11. **ACANTHORHYNCHUS.** Caput bothriis 2 oppositis et proboscidibus 4. Receptaculum inter collum et corpus situm.

12. **PTEROBOTHRIUM.** Caput bothriis 4 oppositis et proboscidibus 4. Receptaculum inter collum et corpus situm.

TRIBUS IV. BOTHRIOCEPHALIDEA.

Caput bothrio 1 terminali v. 2, 4 v. 8 oppositis ac proboscidibus quatuor v. nullis instructum. *Receptaculum* nullum. *Animalia* solitaria.

SUBTRIBUS I. RHYNCHOBOTHRIA. Caput bothriis duobus aut quatuor oppositis haud uncinatis et proboscidibus quatuor armatis retractilibus munitum.

13. **DIBOTHRYORHYNCHUS.** Caput bothriis 2 oppositis, proboscidibus 4. Corpus continuum.

14. **TETRARHYNCHUS.** Caput bothriis 2 oppositis, septo longitudinali bipartitis, proboscidibus 4. Corpus continuum.

15. **RHYNCHOBOTHRIUM.** Caput bothriis 2 oppositis et proboscidibus 4. Corpus articulatum.

16. **TETRABOTHRIORHYNCHUS.** Caput bothriis 4 geminis oppositis apice convergentibus, ovato-lanceolatis repandis, proboscidibus 4. Corpus continuum.

17. STENOBOTHRIUM. Caput bothriis 4 lateralibus geminis oppositis parallelis linearibus, proboscidibus 4. Corpus continuum.

18. TETRARHYNCHOBOTHRIUM. Caput bothriis 4 lateralibus geminis oppositis ovato-lanceolatis subfalcatis, apice retrorsum convergentibus, proboscidibus 4. Corpus articulatum.

19. SYNBOTHRIUM. Caput bothriis 4 terminalibus cruciatim oppositis basi membrana junctis, proboscidibus 4. Corpus articulatum.

SUBTRIBUS I. GYMNOBOTHRIA. Caput bothrio unico terminali aut pluribus 2, 4 v. 8 haud uncinatis munitum.

† *Monobothria.*

20. CARYOPHYLLACUS. Caput bothrio 1 terminali transverso bilabiato. Corpus continuum.

21. BOTHRIMONUS. Caput bothrio 1 terminali discreto apice patente. Corpus continuum.

†† *Dibothria.*

22. LIGULA. Caput bothriis 2 oppositis lateralibus. Corpus continuum.

23. SCHISTOCEPHALUS. Caput apice costa divisum profunde fissum, bothriis 2 oppositis marginalibus. Corpus articulatum.

24. DIBOTHRIUM. Caput bothriis 2 oppositis lateralibus v. marginalibus latere patentibus. Corpus articulatum.

25. SOLENOPHORUS. Caput bothriis 2 oppositis lateralibus v. marginalibus apice patentibus. Corpus articulatum.

††† *Tetrabothria.*

26. SCOLEX. Caput bothriis 4 oppositis apice convergentibus. Corpus continuum.

27. TETRABOTHRIUM. Caput bothriis 4 oppositis marginalibus v. lateralibus. Corpus articulatum.

28. ZYGOBOTHRIUM. Caput bothriis 4 oppositis, singulis medio jugo transverso instructis. Corpus articulatum.

†††† *Octobothria.*

29. OCTOBOTHRIUM. Caput bothriis 8 geminis oppositis. Corpus articulatum.

SUBTRIBUS III. ONCHOBOTHRIA. Caput bothriis duobus v. quatuor uncinis armatis munitum.

30. TRIAENOPHORUS. Caput bothriis 2 oppositis uncinatis. Corpus continuum v. subarticulatum.

31. ONCHOBOTHRIUM. Caput bothriis 4 geminis oppositis, uncinatis. Corpus articulatum.

SUBORDO II. PROCTUCHA.

Bothria quatuor uniserialia. Tractus intestinalis simplex ano stipatus.

32. PENTASTOMUM. Os subterminale anticum inter bothria utrinque bina uncinata.

SUBORDO I. APROCTA *D.*

Capitis acetabula v. bothria opposita, rarissime solitaria. Tractus intestinalis subnullus v. bifurcatus ano destitutus.

TRIBUS I. CYSTICA *RUDOLPHI* ex parte.

Vesica primaria s. matrix (sporocystis) fluido limpido repleta extus aut intus prolifera. *Animalcula* nunc plurima in sporocystidis superficie interna primum affixa demum libera v. in ejus superficie externa affixa, nunc solitaria in vesicam caudalem denuo proliferam abeuntia. *Corpus* continuum molle, parenchymatosum, teretiusculum v. depressum. *Caput* retractile, acetabulis quatuor orbicularibus oppositis, rostellatum v. rostello destitutum, armatum v. inerme, ore terminali. Nec tractus cibarius, nec ganglion cerebrale evicta. *Systema* vasorum subcutaneum. *Fibrae* masculares transverse circulares ac longitudinales. *Organa* genitalia nulla. *Multiplicatio* per vesicae matricis prolificationem. — Mammalium, rarissime Avium, Amphibiorum aut Piscium endoparasita, praeter tractum intestinalem organa fere omnia inhabitantia, singula v. plura folliculo v. vesica communi primitus semper inclusa, his serius quandoque ruptis v. resorptis libera. — Taenioidearum protypa *).

*) Opinionem a cel. *Rudolphi* (in ej. Entoz. hist. I. 410.) expositam, qui Hydatides s. Acephalocystides pro Cysticorum primordias in evolutione ulteriore turbatas habet, multiplicationis analogia et reliqua similitudine perpensis, lubenter subscribo. Confer etiam *Rokitansky*: Ueber Cystenbildung in d. Denkschr. d. k. Akad. d. Wissensch. I. 1849. cum icone.

ECHINOCOCCUS *RUDOLPHI.*

Taenia *Pallas.* — Hydatigena *Batsch.* — Vesicaria *Schrank.* — Hydatis *Blumenbach.* — Polycephalus *Zeder.*

Vesica primaria s. matrix (sporocystis) membranacea transparens, intus prolifera. *Animalcula* plurima ad sporocystidis fluido limpido repletae parietem internum, primum caudiculo s. funiculo brevi affixa, tandem intra illam libere vagantia. *Caput* variabile, acetabulis 4 cruciatim oppositis. *Rostellum* uncinulis deciduis coronatum. *Os* in rostello terminale. *Corpus* obovatum variabile, capite uncinulis delapsis sensim evanescente, in vesicam increscens, vesica primaria demum rupta aut resorpta, eundem evolutionis circulum repetens. — Folliculo membranaceo plerumque plura inclusa, rarius demum libera, mammalium organa v. viscera fere omnia excepto tractu cibario inhabitant.

1. Echinococcus polymorphus *DIESING.*

Sporocystis maxime variabilis, mox pisi mox ovi gallinacei imo pugni mole, nunc subrotunda, nunc in processus irregulares hinc inde protracta. *Individua* parieti interno affixa minima, arenae granulum mentientia.

Pallas: in *Stralsund's* Magaz. I. 81. ej. N. nord. Beitr. 1767. I. 1. 85.

Tenia visceralis socialis granulosa *Goeze*: Naturg. 258. Tab. XX. B. 9. — 14.

Taenia granulosa *Gmelin*: Syst. nat. 3062. — *Prohaska*: in Neuen Abhandl. der böhm. Gesellsch. d. Wissensch. II. 18. — 28.

Vesicaria granulosa *Schrank*: Verz. 97.

Hydatigena granulosa *Batsch*: Bandw. 87. Fig. 17. — 37.

Hydatis erratica *Blumenbach*: Abbild. naturhist. Gegenst. 8. Heft. 79. ej. Handb. d. Naturg. 8. Aufl. 431.

Polycephalus hominis *Goeze*: in posth. *Zeder* Nachtrag. 309. Tab. II. 5. — 7. — *Jörden's* Helminth. 62. Tab. VII. 21. — 23.

Polycephalus granulosus *Zeder*: Naturg. 431. — *Cloquet:* in Dict. de médec. et chir. XXII. 168.

Polycephalus humanus *Zeder*: Naturg. 431. IV. 7. — 9.

Polycephalus Echinococcus *Zeder*: Naturg. 432. — *Tschudi*: die Blasenw. 38. I. 2. et 1.

Echinococcus veterinorum *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 251. Tab. XI. 5. — 7. ej. Synops. 183. — *Bremser*: Icon. Tab. XVIII. 3. — 13. — *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 603. — *Gurlt*: Path. Anat. I. 386. Tab. X. 18. — 19. idem in Magaz. f. gesammte Thierheilk. 1838. 203. Nr. 405. — *Alessandrini*: in Isis. 1843. 628. — *Dujardin*: Hist.

nat. des Helminth. 636. — *Gurlt:* in *Wiegmann's* Arch. 1845. 239. (Giraffae). — *Gervais*: in Acad. d. Sc. et Lett. d. Montpell. 1847. 98. Tab. II. 6. — *Leuckart*: in *Wiegmann's* Arch. 1848. 19. — 24. Tab. II. A. — C.

Echinococcus Giraffae *Gervais*: in Dict. univ. d'hist. nat. dirigé p. Ch. d'Orbigny VI. 730. et: in Acad. d. Sc. et Lett. de Montp. 1847. 100. — 102. Tab. II. 7.

Echinococcus Simiae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 250. ej. Synops. 183. *Gervais*: in Annal. d'anat. et de physiol. publ. p. M. M. *Laurent*, *Bazin*, *Hollard*, *Coste*, *Gervais* et *Jaquemart* 1838. et: in Acad. d. Sc. et Lett. d. Montp. 1847. 102. Tab. II. 8. et 8. a.

Echinococcus granulosus *Rudolphi*: Hodoepor. II. 41. ej. Anat. physiol. Abhandl. 203.

Echinococcus hominis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 247. Tab. IX. 4. ej. Synops. 183. et 551. — *Bremser*: Leb. Würmer. 244. Tab. IV. 27. — 32. Idem in *Meckel's* Arch. f. Phys. VI. 292. Tab. II. — *Rendtorff*: De Hydat. in corp. hum. 32. Fig. 1. — 3. — *Delle Chiaje*: Elmintogr. umana ed. sec. 30. et 136. Tab. V. 4. et 5. — *Müller*: in Verh. d. Acad. zu Berlin 1835. XXV. (ad system.) — *Owen*: in *Todd* Cycl. of anat. and physiol. X. 117. Fig. 57. 58. et ej. Lect. on the comp. anat. 44. — *Gescheidt*: in *Ammon's* Zeitsch. für Ophthalmol. III. 437. et 446. — *Kuhn*: Diss. sur les hydatides. — *Gluge*: in Nouv. ann. d. sc. nat. VIII. 344. — 347. — *Bright*: in *Guy's* hospit. reports. 1837. V. 432. — *Focke*: in Chemnitz de hydat. Echinoc. hom. 13. Fig. 1. — 19. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXX. 368. — 371. — *Hausmann*: Über Zeug. u. Entsteh. d. wahr. weibl. Eies. 128. (de evolut.) — *Doyère*: in l'Inst. 1840. 88. — *Siebold*: in *Burdach's* Physiol. 2. Aufl. II. 183. (de evolut.); in *Wiegmann's* Arch. 1841. 317. et in ej. Lehrb. d. vergl. Anat. I. 141. — *Rokitansky*: Handb. d. pathol. Anat. II. 364. 367. et 839. (Echinoc.) III. 118. et 349. (Acephalocyst.) — *Simon*: in Journ. d. connaiss. méd. chirur. 1840. Novemb. et in Medico-chirurg. Review. 1841. Nr. 69. Jul. 194. et: in *Schmidt's* Jahrb. d. in- u. ausl. Mediz. 1842. 40. — *Cruveilhier*: Anat. path. cah. XXXVI. et: in *Froriep's* Neue Notiz. XVII. 299. (Acephalocyst.) — *Curling*: in Medico-chirurg. Rev. 1841. 336. et: in Arch. gén. de médec. X. 229. — *Portal*: in Ann. univ. de médec. 1841. Januar. et: in *Froriep's* N. Not. XVII. 224. — *Thompson*: Pract. treat. on the diseases of the liver and biliary passages. 1841. 52. — *Annesley*: Rech. into the caus. nat. and treatm. of the more preval diseases of India. London 1841. 304. — *Keber*: in Mediz. Vereins-Zeit. 1841. 103. — *Aran*: Mém. sur les hydat. ou vers vésicul. de l'enceph. et: in Arch. génér. 1841. XII. 76. et: in *Schmidt's* Jahrb. d. i. u. a. Med. 1842. 194. — *Gluge*: Anatom.-mikroscop. Untersuch. 195. Tab. V. 7. — 9. — *Vogel*: Beitr. z. Kenntn. d. Säfte u. Excrem. d. menschl. Körp. I. 294. Tab.

III. 3. e. pl. a. — *Lebert*: in *Müller's* Arch. 1843. 217. — 223. — *Major*: in Arch. gén. 1843. Jul. 320. et: in Gaz. médic. 1843. 821. — *Livois*: Rech. sur les Echinoc. chez l'homme et chez les anim. 1843. et conf. The british an foreign medical Review. Nr. 33. 1844. 194. — *Thiel*: Über d. Echinococcus Diss. Würzb. 1844. (praepr. pars chemica).

Echinococcus infusorium *Leuckart*: Versuch ein. naturg. Eintheil. d. Helminth. 15.

Habitaculum. *Homo*: viscera varia praesertim hepar, rarius lien; in cerebri ventriculo (*Rendtorff*, *Keber*, *Aran*); inter retinam et choroideam (*Gescheidt*). — *Simia Cynomolgus*: viscera thoracis et abdominis (*Blumenbach* et *Gervais*); *S. Innus* (Mus. Vind.); *S. Silenus* (*Gervais*). — *Capra Aries* et *Ammon*: viscera (Cat. Entoz. Vindob.); *C. Hircus*: pulmones (*Gurlt*). — *Bos Taurus*: in hepate et corde (*Alessandrini*). — *Camelus Bactrianus* et *Dromedarius*: viscera (*Bremser*). — *Camelopardalis Giraffa*: pulmones, Berolini (*Gurlt*): in liene, Parisiis (*Gervais*). — *Sus scrofa domestica*: viscera (*Gurlt*). M. C. V.

Species inquirenda.

2. Echinococcus Gallopavonis *SIEBOLD.*

Siebold: in *Wiegmann's* Arch. 1837. 266. et 1838. 307.

Habitaculum. *Meleagris Gallopavo*: pulmones (*Siebold*).

Forsan Piestocystis capite retracto; conf. Piest. variabilem.

II. COENURUS *RUDOLPHI.*

Taenia *Goeze*. — Hydatula *Batsch*. — Vesicaria *Schrank*. — Polycephalus *Zeder*.

Vesica primaria s. matrix (sporocystis) membranacea transparens extus prolifera. *Animalcula* plurima sporocystidis fluido limpido repletae superficiei externae affixa, nunquam libera. *Caput* tetragonum retractile, acetabulis quatuor angularibus. *Rostellum* uncinulorum corona duplici. *Os* in rostello terminale. *Corpus* elongatum, depressiusculum transversim rugosum. — *Multiplicatio* per vesicae denuo extus proliferae partitionem. — Sporocystis plerumque solitaria in Mammalium cerebro, rarissime spina dorsali, folliculo membranaceo inclusa, serius quandoque libera.

1. Coenurus cerebralis *RUDOLPHI.*

Sporocystis a pisi ad ovi gallinacei magnitudinem et ultra. Individua contracta $\frac{1}{2}'''$ longa; $\frac{1}{4}'''$ crassa; ad 2''' extensiva.

Leske: Von dem Drehen d. Schafe und Blasenwürmern. 1780. 52. Tab. I. (mala).

Taenia vesicularis *Goeze*: Naturg. 248. Tab. XX. A. 1. — 5. B. 6. — 8.

Vermis vesicularis socialis *Bloch*: Abhandl. 25. — *Brera*: Vorles. 16.

Hidatula cerebralis *Batsch*: Bandw. 84.

Vesicaria socialis *Schrank*: Verzeichn. 31.

Taenia cerebralis *Gmelin*: Syst. nat. 3062.

Polycephalus ovinus *Zeder*: Naturgesch. 430.

Caput subglobosum, acetabulis suborbicularibus. *Collum* nullum. *Articuli* supremi difformes, subsequentes breves aequales, reliqui angustati. *Aperturae* genitalium... Long. 3 — 6‴; latit. vix 1‴.

Taenia brevicollis *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 83.
Taenia difformis *Rudolphi*: Synops. 148. et 494. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 601.

Habitaculum. *Cuculus canorus* (*Frölich*), Majo, Berolini (*Rudolphi*): in intestinis.

Rostellum brevissimum obtusum et muticum adesse dicit *Frölich*, hinc ad Taenias rostellatas forsan amandanda.

32. Taenia sphenocephala *RUDOLPHI.*

Caput obtuse tetragonum, limbo oris calloso orbiculari, acetabulis angularibus anticis. *Collum* longissimum. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui longiores angulis obtusis. *Aperturae* genitalium.. Longit. 4—6″; latit. $\frac{1}{2}$—2‴.

Goeze: Naturg. 394. in nota.
Taenia serpentiformis Turturis *Gmelin*: Syst. nat. 3070.
Alyselminthus Columbae *Zeder*: Nachtrag. 281.
Halysis Columbae *Zeder*: Naturg. 343.
Taenia sphenocephala *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 94. cj. Synops. 154. et 506. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 602.

Habitaculum. *Columba Turtur*, Julio (*Goeze*, *Zeder*), vere et aestate (*Bremser*); *C. livia*, vere et hyeme: in intestinis. M. C. V.

33. Taenia vaginata *RUDOLPHI.*

Caput transverse ellipticum, acetabulis anticis ellipticis utrinque convergentibus. *Collum* nullum. *Articuli* supremi brevissimi postice utrinque acuti, subsequentes subquadrati. *Penes* marginales alterni v. oppositi vaginati filiformes reflexi. Longit. 3—7″; latit. 2—3‴.

Taenia serpentuliformis *Goeze*: Naturg. 394. — *Batsch*: Bandw. 180. *Gmelin*: Syst. nat. 3070. var. *n* Charadnii 3070.
Halysis Charadnii *Zeder*: Naturg. 374.
Taenia Charadnii Himantopodis *Rosa*: Lettere Zoolog. 5. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 208.
Taenia vaginata *Rudolphi*: Synops. 153. et 503. App. 694. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 606.
Taenia polymorpha *Rudolphi*: Synops 154. et 505. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 577.
Taenia Himantopodis melanopteri *Nitzsch*: in *Schmalz's* Tab. anat. Entoz. 6. Tab. III. 7. — 11. (artic. et anatom. org. sexual.)

Habitaculum. *Himantopus melanopterus* (*Goeze* et *Nitzsch*), vere et aestate (*Bremser*); *H. Wilsonii*, Martio et Aprili. — *Va-*

nellus cayennensis, Februario, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

Reliquae formae Taeniae polymorphae *Rudolphi* vix huc pertinent.

34. Taenia pyramidata *RUDOLPHI.*

Caput pyramidatum protractum, acetabulis anticis ovalibus. *Collum* breve. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes longiores cuneati. *Aperturae* genitalium... Longit. 2—3″; latit. $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$‴.

Taenia pyramidata *Rudolphi*: Synops. App. 696.

Habitaculum. *Myothera campanisona.* — *Turdus flavipes* et *humilis*, in Brasilia (*Natterer*): intestina. M. C. V.

35. Taenia megalops *NITZSCH.*

Caput magnum globose-tetragonum, oris limbo calloso orbiculari, acetabulis magnis oblique angularibus v. subterminalibus. *Collum* brevissimum. *Articuli* supremi brevissimi irregulares, reliqui breves subcuneati, angulis acutiusculis patentibus. *Aperturae* genitalium secundae marginales. *Penes* sparse exerti cylindrici obtusi. Longit. ad 2″; latit. 1‴.

Taenia Anatis Marilae *Creplin*: Obs. de Entoz. 72.
Taenia megalops *Nitzsch*: in litt. — *Creplin*: Nov. Obs. de Entoz. 126. Tab. II. 15.—18. (bona), et: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 142. et 143. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 581.

Habitaculum. *Anas Boschas* et *acuta*, Hallae (*Nitzsch*); *A. Marila*, Martio et Novembri, Gryphiae (*Creplin*); *A. leucocephala*, Octobri (*Dies.*); *A. fuligula* (*Schilling*); *A. leucophthalma* (*Mehlis*); *A. brasiliensis*, Majo, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

36. Taenia microps *DIESING.*

Caput subglobosum compressum obtuse tetragonum, acetabulis angularibus anticis. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi angusti, subsequentes cuneati latiores quam longi, subaequales angulis acutis. *Aperturae* genitalium... Longit. 4—6″; latit. $1\frac{1}{2}$—2‴.

Taenia Urogalli *Müller*: in Naturf. XXII. St. 44. — *Modeer*: in Vet. Ac. Nya. Handl. 1790. 129. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 209. ej. Synops. 172.

Habitaculum. *Tetrao Urogallus* (*Müller*, *Modeer* et *Mehlis*): in intestinis. M. C. V.

37. Taenia racemosa *RUDOLPHI.*

Caput magnum tetragonum, acetabulis angularibus subterminalibus v. terminalibus, subovatis v. cordatis. *Collum* nullum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes longiores et latiores, angulis rotundatis, ultimi longi parallelopipedi angustiores. *Penes* filiformes basi incrassati, marginales vage alterni. Longit. 2″ — 1½′; latit. med. 1 — 3‴; ultim. 1‴.

Taenia racemosa *Rudolphi*: Synops. App. 692. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 610.

Habitaculum. *Ophiomorphus miliaris*, Martio. — *Eunectes Scytale*, Octobri, Februario et Junio. — *Bothrops Mararacca*, Martio et Aprili. — *Ophis Merremii*, Januario, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

38. Taenia dispar *GOEZE.*

Caput obtusum acetabulis hemisphaericis decussatis anticis. *Collum* longissimum. *Articuli* supremi suborbiculares, subsequentes oblongi angustiores. *Aperturae* genitalium... Long. 3 — 6″; latit. ½ — 1‴.

Taenia dispar *Goeze*: Naturg. 425.—429. Tab. XXXV. 1.—6. — *Batsch*: Bandw. 216. Fig. 155.—160. et 165. — *Schrank*: Verz. 50. β. Salamandrae. — *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 122. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 113. ej. Synops. 150. et 495. — *Bremser*: Icon. Tab. XV. 5.—8. — *Mayer*: Beitr. z. Anat. d. Entoz. 34. Tab. III. 18. a.—f. — *Dujardin*: Helminth. 582.

Taenia Bufonis *Gmelin*: Syst. nat. 3077.

Halysis obvoluta *Zeder*: Naturg. 351.

Habitaculum. *Bufo viridis* et *Phryne vulgaris* (*Goeze* et *Bremser*). — *Pelobates fuscus*, aestate et autumno, et *Dendrohyas viridis*, vere et aestate (*Bremser*). — *Salamandra atra*, Augusto (*Frölich*). — *Platydactylus guttatus*, Septembri, Speziae (*Rudolphi*), Tolosae (*Dujardin*): in intestinis. M. C. V.

39. Taenia tuberculata *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum acetabulis anticis. *Collum* brevissimum. *Articuli* subquadrati. *Aperturae* genitalium papillaeformes, marginales vage alternae. Longit. 1½ — 3″; latit. ⅔‴.

Taenia tuberculata *Rudolphi*: Synops. 150 et 496. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 583.

Habitaculum. *Chrysolamprus ocellatus*, in Hispania (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

40. Taenia filicollis *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, acetabulis lateralibus exiguis. *Collum* longum filiforme. *Articuli* subquadrati. *Aperturae* genitalium... Longit. 1—3″; latit. vix 1‴.

Taenia Gasterostei intestinalis *Müller*: in Naturf. XVIII. St. Tab. III. 67. — *Batsch*: Bandw. 241. — *Gmelin*: Syst. nat. 3079.

Alyselminthus Gasterostei *Zeder*: Nachtrag. 255. Tab. III. 1.—4.

Taenia filicollis *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 114. ej. Entoz. hist. III. 106. et Synops. 148. — *Froriep*: N. Notiz. VII. 289. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 583.

Halysis Gasterostei *Zeder*: Naturg. 334.

Rhythelminthus Taeniola *Olfers*: De veget. et animat. 109. Fig. 17.—20. (pulla). — *Rudolphi*: Synops. 444.

Habitaculum. *Gasterosteus aculeatus*, Augusto (*Goeze*), Junio, Gryphiae (*Rudolphi*), Septembri, Berolini (*de Olfers*), Parisiis (*Dujardin*); *G. pungilius*, Hallae (*Nitzsch*), Gryphiae (*Creplin*): in intestinis. M. C. V.

41. Taenia ambigua *DUJARDIN.*

Caput subglobosum v. quadrilobum, exiguum, acetabulis orbicularibus. *Collum* valde contractile et dilatabile. *Articuli* supremi (masculi) transverse rugosi, subsequentes (feminei) informes. *Aperturae* genitalium vage alternae. *Penes* inermes. Longit. 3‴; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$‴.

Taenia ambigua *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 583.

Habitaculum. *Gasterosteus laevis*, Rhedoni (*Dujardin*): in intestinis.

42. Taenia longicollis *RUDOLPHI.*

Caput depressum truncatum, acetabulis lateralibus exiguis. *Collum* longissimum. *Articuli* subquadrati. *Aperturae* genitalium... Longit. 1—7″; latit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Vesicaria Truttae *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 127. — *Martini*: Geschicht. d. Natur. X. 569. — *Schrank*: *Bayer.* Reise 156.

Cysticercus Truttae *Zeder*: Naturg. 416.
Taenia Salmonis Wartmanni *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 124. Tab. IV. 20.—21.
Taenia Frölichii *Gmelin*: Syst. nat. 3080.
Taenia Reakina *Schrank*: Fauna Boica III. 2. 242.
Alyselminthus longicollis *Zeder*: Nachtrag. 258.
Scolex tetrastomus *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 6.
Taenia longicollis *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 113. ej. Entoz. hist. III. 107. et Synops. 149. et 495. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 585.
Halysis longicollis *Zeder*: Naturg. 333.

Habitaculum. *Salmo Trutta*, *S. Fario* et *S. Umbla* (*Frölich*, *Martin* et *Zeder*). — *Coraegonus Wartmanni*, Augusto (*Frölich* et *Schrank*); Majo, Gryphiae (*Rudolphi*); *C. Maraenula*, Februario, Berolini (*Rudolphi*). — *Osmerus Eperlanus* (*Treviranus*); Januario, Berolini (*Rudolphi*). — *Thymallus vexillifer*: in intestinis, rarius in hepate. M. C. V.

43. Taenia ocellata *RUDOLPHI.*

Caput hemisphaericum, acetabulis profundis orbicularibus. *Collum* longiusculum rugosum. *Articuli* subquadrati lineolati. *Aperturae* genitalium... Longit. 2—8″; latit. 1‴.

Taenia cystica *Pallas* ex parte N. Nord. Beitr. I. 1. 101. Tab. III. 33.
Taenia Percae *Müller*: in Naturf. XIV. St. 152.—154. et 179. — *Müller*: in Zoolog. Dan. II. 5. Tab. XLIV. 1.—4. — *Batsch*: Bandw. 234. — *Gmelin*: System. nat. 3079. (excl. var. β). — *Schrank*: Verz. 48.
Taenia cernua *Gmelin*: Syst. nat. 3079.
Taenia ocellata *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 112. ej. Entoz. hist. III. 109. et Synops. 149. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helm. 583.
Halysis Percae *Zeder*: Naturg. 376.

Habitaculum. *Acerina vulgaris*: in intestinis (*Pallas*). — *Perca fluviatilis*: in intestinis, rarius in hepate (*Pallas*), vario anni tempore, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Sebastes norvegicus*: in intestinis (*Müller*).

44. Taenia macrocephala *CREPLIN.*

Caput elongatum antice crassius, oris limbo noduliformi, acetabulis globosis anticis. *Collum* breve. *Articuli* supremi breves obtusi, subsequi subquadrati. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. *Penes* brevi subtilissimi. Longit. ad 8″; latit. $1\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$‴.

Taenia Anguillae *Müller* ex parte: in Berlin. naturf. Freunde I. 208. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 39. Obs. 2.

Taenia macrocephala *Creplin*: Obs. de Entoz. 69. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 585.

Habitaculum. *Anguilla vulgaris* (*Müller*), Martio, Junio, Gryphiae (*Creplin*): in intestinis.

45. Taenia torulosa *BATSCH.*

Caput latum depressum truncatum, acetabulis lateralibus limbo prominulo. *Collum* longum. *Articuli* teretiusculi subaequales longi confluentes. *Aperturae* genitalium... Longit. 7—10″; latit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Taenia articulis rotundis *Bloch*: Abhandl. 11. Tab. II. 1.—4.

Taenia torulosa *Batsch*: Bandw. 181. Fig. 105.—108. — *Gmelin*: Syst nat. 3081. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 110. ej. Entoz hist. III. 111. et Synops. 149. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 584. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 152.

Taenia orbicularis *Schrank*: Verz. 49.

Taenia simplex *Frölich*: in Naturf. XXV. St. 58.—61. Tab. III. 4.-6.

Rhytelminthus Cyprini *Zeder*: Nachtrag. 220.

Halysis torulosa *Zeder*: Naturg. 352.

Habitaculum. *Leuciscus Jeses* (*Bloch*), Aprili, Gryphiae (*Rudolphi*); *L. Orfus* (*Frölich*); *L. vulgaris*, Majo (*Zeder*); *L. Idus*, Decembri (*Dies.*). — *Aspius rapax* et *Alburnus* (*Creplin*); *A. bipunctatus*, Majo (*Dies.*): in intestinis. M. C. V.

46. Taenia macrophalla *DIESING.*

Caput rotundatum depressum, acetabulis anticis maximis. *Collum* nullum. *Articuli* supremi subquadrati, subsequi oblonge-quadrati, ultimo longissimo rotundato. *Aperturae* genitalium marginales. *Penes* alterni longissimi filiformes. Long. 1—3″; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Habitaculum. *Cichla Monoculus*, Junio, Julio et Octobri in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

b. Os limbo elevato, uncinulorum corona interdum decidua armatum.

47. Taenia Solium *LINNÉ.*

Caput subglobosum obtuse tetragonum, acetabulis angularibus anticis v. subterminalibus. *Collum* breve antice incre-

scens. *Articuli* supremi brevissimi, proxime sequentes subquadrati, reliqui oblongi angulis obtusiusculis. *Aperturae* genitalium vage alternae marginales. Long. 4—24'; lat. 3—4'''; rariss. 6'''.

Ταινιαι *Aristoteles*: Hist. animal. ed. Isaci Casauboni lib. V.; Cap. XIX. 648.

Πλατεῖα ἕλμινς *Hippocrates*: Opera omnia de morb. lib. IV.

Lumbricus latus *Plinius*: Hist. nat. lib. XXVII. Cap. 13. v. 120.

Ténia de la seconde espèce *Andry*: Vers solit. et autr. Tab. VI. B. Tab. VIII. IX. XII. et XV. Fig. 3. Tab. XVI. et XIX.

Taenia osculis marginalibus solitariis *Linné*: Dissert. de Taenia Fig. I. — *Bradley*: Treatise 75. — 83. Tab. III. 4. — 10.

Taenia Solium *Linné*: Syst. nat. XII. édit. 1323. — *Hasselquist*: Reise nach Palästina. 587. — 590. — *Werner*: Brev. Exposit. 18. — 49. Tab. XXI. 1. — 3. — *Gmelin*: Syst. nat. 3064. — *Carlisle*: in Transact. soc. Linn. II. Tab. XXV. 1. — 8. — *Jördens*: Helminth. 40. Tab. III. 1. — 7. (potiss. *Werner*). — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 160. — *Cuvier*: Règne anim. III. 43. — *Olfers*: De vegetat. 35. — 37. — *Rudolphi*: Synops. 162. et 522. — *Frank*: De curand. hom. morb. III. lib. VI. 201. — *Bremser*: Lebende Würm. 97. — 198. Tab. III. 1.— 14. vers. gallica p. Grundler. 2. édit. 178. — 198. Atlas Tab. V. 1. — 5. Tab. VI. 1. — 8. — *Gomez*: Mem. sobr. a virtude taenifugo do Romeiro, con obs. Zoolog. e Zoonom. retiv. a Taenia c. Tab. I. Lisbonne 1822. exc.: in *Ferrussac's* Bullet. des sc. nat. 1824. 1. et in *Merat*: Journ. compl. du Dict. des sc. médic. XVI. 194. Fig. A. — E. — *Delle Chiaje*: Mem. sulla stor. e notom. I. 139. — 181. Tab. XI. et XII. 1. — 7. (Anatom.) et ej. Comp. di Elmintograph. umana 2. edit. 18. et 119. Tab. IV. — *Mehlis*: in Isis 1831. 195. — *Owen*: in *Tood's* Cyclopaed. of Anatom. and Physiol. X. 137. Fig. 90. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 299. — *Randel*: Der Bandw. in naturhist. pathol. u. therapeut. Hinsicht 1841. — *Lewacher*: in Compt. rend. hebd. XIII. 661. (monstr.) — *Nordmann*: in *Lamarck's* Anim. s. vert. 2. édit. III. 578. — *Wawruch*: in Jahrb. d. österreich. Staates 1841. 142. exc. in *Wiegmann's* Arch. 363. (generalia) et ej. Prakt. Monogr. d. Bandwurmkrankh. 1844. 34. et seqq. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 557.

Taenia cucurbitina *Pallas*: Elench. Zoophyt. 405. ej. N. Nord. Beitr. I. 1. 46. — 57. Tab. II. 4. — 9. — *Bloch*: Abhandl. 20. — 23. — *Goeze*: Naturg. 269.—296. Tab. XXI. 1. — 7. et 9.—12. — *Batsch*: Bandw. 117. — 123. Fig. 1. — 6. et 9. — 11. var. α. 21.—23. 53. 64. *Schrank*: Verz. 32. ej. Fauna Boica III. 232.

Taenia vulgaris *Werner*: Brev. expos. 47. — 57.

Taenia umana armata *Brera*: Memor. 64. — 80. Tab. I. 1.—14. 17.—22. vers. germ. 9. Tab. I. 1 — 3. 8. 10. 11.

Taenia dentata *Gmelin*: Syst. nat. 3073. — *Nikolai*: in *Ammon's* N. Zeitschr. f. Natur- und Heilkunde. I. 464.

Taenia lata *Reinlein*: Animalc. circa ortum increm. caus. sympt. et curam. Vindob. 1811. c. Tab., vers. germ. 1812.
Taenia fenestrata *Delle Chiaje*: Comp. de Elmintograph. Tab. III. 2.
Halysis Solium *Zeder*: Naturg. 359.
Pentastoma coarctata *Virey*: in Journ. de Pharm. 1823. 220.
Ling ditg *Indigenarum* regni Tumale in Africa centrali teste juvene *Djalo Djondam Are* fide *Tutschek*: Medic. Zustände in Tumale. München 1845. 15.

Habitaculum. *Homo*, in Germania, Anglia, Hollandia, in Lusitania et in Brasilia (*Gomez*), in Oriente, Aegypto, ibidem fere solum aut potissimum occurrens (*Hasselquist*), Tumale in Africa centrali rarius (*teste Djalo Djondam Are*, apud *Tutschek*), in Gallia cum Dibothrio (Bothriocephalo) promiscue, in Rossia rarior (*Pet. Frank*). — In cadaveribus passim unum alterumve individuum reperitur, rarius plurima.

Observ. In collectione Mus. Caes. Vind. prostant individua longitudine varia (20 — 24′), capite inermi v. armato, articulis brevissimis ($\frac{1}{2}$‴) v. longissimis (1″), latissimis ($\frac{1}{2}$″) v. angustissimis (1‴), crassis (1‴) v. tenuibus diaphanis, subquadratis, parallelepipedis, cuneatis v. lunatis, post ovariorum lapsum perforatis (T. fenestrata Auct. *Bremser*: l. c. Tab. III. 11.). Adest praeterea fragmentum circa tripedale, individuis binis lateribus concretis, marginibus vero liberis (*Bremser*: l. c. Tab. III. 13—14). — De Taenia cum Dibothrio (Bothriocephalo) simul intestina hospitante vide: *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. l. s. c. — De articulis Taeniae cum urina excretis vide *Burdach*: in Mediz. Vereins-Zeit. 1839. 68. et in *Froriep's* Notiz. XLVII. 43 et exc. in *Wiegmann's* Arch. 1842. 192. — De Taenia 47 ulnas metiente vide *Pet. Frank* l. s. c. — De 25 Taeniis cum suis capitibus, octo horarum spatio ex unico homine expulsis, vide *Kubyss* in *Froriep's* Notiz. XLIV. 352. — Species quinque a *Gomezo* loco citato nuper expositas, tamquam totidem ex innumerarum varietatum agmine lusus, silentio praeterii.

48. Taenia marginata *BATSCH*.

Caput subrotundum depressum obtuse tetragonum, oris limbo brevi tubuloso, acetabulis angularibus anticis. *Collum* brevissimum. *Articuli* supremi brevissimi, sequentes subquadrati, ultimi oblongi angulis obtusis. *Aperturae* genitalium marginales vagé alternae papillaeformes. Longit. 1 — 2′; latit. $1\frac{3}{4}$ — 3‴.

Taenia cucurbitina *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 47. ex parte.
Taenia cucurbitina *Bloch*: Abhandl. 20. ex parte.
Taenia cateniformis Lupi *Goeze*: Naturg. 307. Tab. XXII. A. 1. — 5. — *Gmelin*: Syst. nat. 3066.
Taenia lupina *Schrank*: Verz. 33.
Taenia marginata *Batsch*: Bandw. 125. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 165. ej. Synops. 163. et 523. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helm. 559.
Halysis marginata *Zeder*: Naturg. 365.

Habitaculum. *Canis Lupus*, Februario (*Comes de Borke*), Januario, Berolini (*Rudolphi*), vario anni tempore (*Bremser*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

49. Taenia intermedia *RUDOLPHI.*

Caput subhemisphaericum, acetabulis anticis. *Collum* breve. *Articuli* supremi brevissimi, medii subcuneati postice acuti, reliqui oblongi. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. Longit. ad 6″; latit. 1‴.

Taenia servata *Goeze*: Naturg. 350. ex parte. — *Batsch*: Bandw. 143. — *Schrank*: Verz. 36. (T. Martis).
Taenia Mustelae *Gmelin*: Syst. nat. 3068. ex parte.
Halysis Martis *Zeder*: Naturg. 372.
Taenia intermedia *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 168. ej. Synops. 163. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 558.

Habitaculum. *Mustela Martes* (*Goeze*), Novembri, Berolini (*Rudolphi*), hyeme (*Bremser*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

50. Taenia serrata *GOEZE.*

Caput oblongum depressum acetabulis ellipticis anticis cruciatim dispositis. *Collum* breve. *Articuli* supremi brevissimi angusti, reliqui subcuneati lati, angulis posticis acutis. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. Longit. 2—4′; latit. 2—3‴.

Clericus: Hist. nat. et medic. lator. Lumbric. Tab. III. 1. — 3. — *Tyson*: in Philosoph. Transact. 1683. 113. — 141. c. Fig. a Clerico mutuata.
Taenia cucurbitina *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 47. Tab. II. 3. ex parte. — *Batsch*: Bandw. 123. γ Canis. — *Gmelin*: Syst. nat. 3067. (excl. synon. Redii).
Taenia canina *Bloch*: Abhandl. 17. Tab. VI. 6. — 8. (mala) ex parte. — *Carliste*: in Transact. soc. Linn. II. Tab. XXV. 9. et 10.
Taenia canina solium *Werner*: Brev. expos. 56. Tab. III. 70. 76.
Taenia serrata *Goeze*: Naturg. 337. Tab. XXV. B. A. — D. ex parte. — *Batsch*: Bandw. 142. Fig. 62. — *Schrank*: Verz. 36. — *Gmelin*:

Syst. nat. 3067. α. Canis — *Rudolphi*: Obs. I. 37. ej. Entoz. hist. III. 169. ej. Synops. 163. — *Gurlt*: Pathol. Anat. I. 383. Tab. IX. 8. — 10. — *Mehlis*: in Isis 1831. 195. — *Dujardin*: in l'Instit. N. 240. exc. in *Froriep's* N. Notiz. VII. 289. (de ovul. evolut.) — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1839. 166. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 558.

Halysis serrata *Zeder*: Naturg. 363. ex parte.

Habitaculum. *Canis familiaris*: in intestinis tenuibus, saepe solitaria, rarius copiose, plerumque Taeniis cucumerinis concomitata, omni anni tempore.

Individuum capite inermi in collect. Mus. Caes. servatur.

51. Taenia crassiceps *RUDOLPHI.*

Caput subcuneiforme, acetabulis anticis. *Collum* brevissimum subattenuatum. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui subquadrati obtusi. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. Longit. 2 — 8″; latit. $\frac{1}{2}$ — 2‴.

Taenia canina *Bloch*: Abhandl. 17. ex parte.

Taenia cateniformis *Goeze*: Naturg. 310. Tab. XXII. A. 6.—9. ex parte (ic. mediocris). — *Gmelin*: Syst. nat. 3067. γ. Vulpis.

Taenia crataegaria *Batsch*: Bandw. 126. Fig. 55.

Taenia vulpina α. *Schrank*: Verz. 34. ej. Fauna Boica III. 232.

Alyselminthus crassiceps *Zeder*: Nachtrag 293.

Halysis crassiceps *Zeder*: Naturg. 364.

Taenia crassiceps *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 172. ej. Synops. 163. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 559.

Habitaculum. *Canis Vulpes*: in intestinis tenuibus, omni anni tempore (*Zeder*, *Rudolphi*, *Bremser* et pl. al.). M. C. V.

52. Taenia laticollis *RUDOLPHI.*

Caput pyramidale, oris limbo subcylindrico obtuso, acetabulis angularibus anticis prominentibus. *Collum* breve crassiusculum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes subquadrati, ultimi oblongi. *Aperturae* genitalium marginales tubulosae vage alternae. Longit. 2 — 3″; latit. 1 — 1$\frac{1}{2}$‴.

Taenia laticollis *Rudolphi*: Synops. 164. et 524. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 560.

Habitaculum. *Felis Lynx*: in intestinis, hyeme (*Bremser*). M. C. V.

53. Taenia crassicollis *RUDOLPHI.*

Caput subquadratum oris limbo cylindrico, acetabulis angularibus anticis prominentibus. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes cuneati, ultimi longiores quam lati. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. Longit. ad 1′ et ultra latit.; med. ad 4‴, ultim. art. 2‴.

Redi: Anim. viv. 131. vers. 194. Tab. XVII. 1. 2. et 4.

Taenia cucurbitina *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 47. Tab. II. 1. 2. A. B. ex parte.

Taenia collo brevissimo *Bloch*: Abh. 19. Tab. VI. 1.—3.

Taenia serrata Felis *Goeze*: Naturg. 337. Tab. XXIV. 1.—6. et XXV. A. 1.—5. — *Batsch*: Bandw. 138. Fig. 19. 32. 61. 63. et 67. — *Schrank*: Verz. 36. — *Gmelin*: Syst. nat. 3067. — *Rudolphi*: Obs. I. 37.

Taenia moniliformis *Batsch*: Bandw. 135. Fig. 59. — *Gmelin*: Syst. nat. 3068.

Taenia Felis *Carlisle*: in Transact. soc. Linn. II. Tab. XXV. 11.

Alyselminthus serratus *Zeder*: Nachtr. 286.

Halysis serrata *Zeder*: Naturg. 363.

Taenia crassicollis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 173., ej. Synops. 164. et 524. — *Bremser*: Icon. Tab. XVI. 1.—6. — *Gurlt*: Pathol. Anatom. I. 383. Tab. IX. 17.—19. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 559.

Habitaculum. *Felis Catus ferus* (*Redi*, *Comes de Borke*), vario anni tempore (*Bremser* et *Dies.*); *F. Catus domesticus*, omni anni tempore vulgaris; *F. concolor*, Aprili, Majo et Novembri; *F. melivora*, Martio et Aprili; *F. Onca*, Novembri; *F. Pardalis*, Aprili; *F. macroura*, Aprili; *F. tigrina*, Junio, Septembri et Octobri, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

Taeniolae in Fele concolore lectae probabiliter pullae, 1‴ longae, capite inermi, articulis 3—4, ultimo elliptico tota longitudine ovulis farcto. — Individuum acetabulis sex, corpore lanceolato brevissime articulato (*Bremser* l. s. c. Fig. 4.—6.) in collectione Mus. Caes. Vind. asservatur.

54. Taenia platydera *GERVAIS.*

Caput depressum rotundatum, acetabulis lateralibus suborbicularibus prominentibus. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi et latissimi, medii duplo longiores minus lati, ultimi quinduplo longiores angustissimi. *Aperturae* genitalium alternae. Longit. 2″; latit. $1\frac{1}{5}$‴.

Taenia platydera *Gervais*: in Acad. des sc. et lett. de Montpellier. 1847. 89. Tab. I. 1.

Habitaculum. *Viverra Genetta*: in intestinis tenuibus, Monspessulani (*Gervais*).

55. Taenia compacta *RUDOLPHI.*

Caput subcylindricum brevissimum, acetabulis minimis anticis. *Collum* brevissimum. *Articuli* subcuneati, anteriores breviores et latiores, posteriores longiores et angustiores. *Aperturae* genitalium... Longit. 3 – 4″; antice ultra 2‴ lati.

Taenia collo brevissimo *Bloch*: Abh. 19. Tab. VI. 4. et 5. ex parte.
Taenia serrata *Batsch*: Bandw. 142. ex parte.
Taenia Erinacei *Zeder*: Naturg. 366.
Taenia compacta *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 176. ej. Synops. 164.

Habitaculum. *Erinaceus europaeus*: in intestinis (*Bloch*).

56. Taenia aurita *RUDOLPHI.*

Caput subrhombeum, acetabulis angularibus prominentibus. *Collum* nullum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes cuneati, reliqui oblongi. *Aperturae* genitalium marginales alternae. Longit. $\frac{1}{2}$ – 3″; latit. $\frac{1}{2}$ – 1‴.

Taenia aurita *Rudolphi*: Synops. app. 698. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 561.

Habitaculum. *Ardea* Nr. 6. mus. berolin., Martio in Brasilia (*de Olfers*); *A. coerulea*, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

57. Taenia straminea *GOEZE.*

Caput tetragonum oris limbo subconico, acetabulis angularibus anticis. *Collum* brevissimum aequale. *Articuli* brevissimi antrorsum angustati angulis acutiusculis. *Aperturae* genitalium... Longit. 1 — 8″; postice $\frac{1}{2}$ — 1‴ lat.

Sulzer: Naturg. d. Hamsters 88. nota 1.
Taenia straminea *Goeze*: Naturg. 357. Tab. XXV. 1. – 3. — *Batsch*: Bandw. 188. Fig. 116. — 163. — *Schrank*: Verz. 37. — *Gmelin*: Syst. nat. 3069. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 181. ej. Synops. 165. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 593.
Halysis straminea *Zeder*: Naturg. 348.

Habitaculum. *Cricetus vulgaris*, Septembri et Novembri (*Sulzer*, *Goeze* et *Hildebrandt*), vario anni tempore (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

58. Taenia filiformis *RUDOLPHI.*

Caput subrotundatum. *Collum* longissimum. *Corpus* filiforme articulis brevissimis. *Aperturae* genitalium... Longit. ad 14'; lat. vix $\frac{1}{4}$'''.

Taenia longissima *Goeze*: Naturg. 406. — *Batsch*: Bandw. 239. — *Schrank*: Verz. 44.

Taenia Psittaci *Gmelin*: Syst. nat. 3069.

Halysis Psittaci *Zeder*: Naturg. 372.

Taenia filiformis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 182. ej. Synops. 166. — *Owen*: in Proced. of the Zool. soc. of London 1834. I. 5. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1835. I. 336. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 601.

Habitaculum. *Psittacus erithacus* (*Goeze*); fragmenta acephala hyeme (*Bremser*). — *Corythaix porphyreolopha*, Londini (*Owen*): in intestinis. M. C. V.

SECTIO II. RHYNCHOTAENIA. Os in rostelli protractilis apice.

a. Rostellum inerme.

59. Taenia lanceolata *BLOCH.*

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* cylindricum apice capitellatum. *Collum* brevissimum. *Corpus* lanceolatum, articulis brevissimis, angulis obtusis. *Aperturae* genitalium marginales oppositae. *Penes* filiformes basi subglobosi. Longit. 3—6''; latit. 3—6'''.

Taenia Anserum *Frisch*: in Misc. Berol. III. 42. — *Bloch*: in Beschäft. Berlin. N. Fr. IV. 553.

Taenia acutissima *Pallas*: Nord. Beitr. I. 1. 78. Tab. III. 26.

Taenia lanceolata *Bloch*: Abh. 9. Tab. I. 5. et 6. — *Goeze*: Naturg. 377. Tab. XXIX. 3.—12. — *Batsch*: Bandw. 165. Fig. 88. et 167. — *Schrank*: Verz. 39., ej. Fauna Boica III. 239. — *Gmelin*: Syst. nat. 3075. — *Frölich*: in Naturf. XXV. St. 67. — *Rudolphi*: Obs. I. 41. ej. Entoz. hist. III. 84. et Synops. 145. et 488. — *Creplin*: Obs. de Entoz. 77. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 562. Tab. IX. F.

Halysis lanceolata *Zeder*: Naturg. 338.

Habitaculum. *Anas Anser*, omni anni tempore frequens; *A. ferina* et *Nyraca* (*M. V.*); *A. moschata*, Rhedoni (*Dujardin*); *A. leucocephala*, Februario; *A. rufina*, Septembri (*Dies.*). — *Podiceps subcristatus*, Aprili, Berolini (*Rudolphi*): in intestinis. M. C. V.

60. Taenia Malleus *GOEZE.*

Caput subglobosum acetabulis anticis. *Rostellum* cylindricum vaginatum. *Collum* brevissimum. *Corpus* subaequale lineare, parte superiore mallei adinstar sub angulo recto infractum. *Articuli* brevissimi. *Aperturae* genitalium .. Longit. 4‴ — 17″; lat. ½ — 2‴.

Taenia fasciolaris *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 85. Tab. III. 28. A. a. var. γ. Malleus. — *Gmelin*: Syst. nat. 3076.

Taenia Malleus *Goeze*: Naturg. 383. Tab. XXX. 1. — 3. — *Batsch*: Bandw. 221. Fig. 153. 154. 166. — *Schrank*: Verz. 40. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 158. et Synops. 162. et 521. — *Bremser*: Icon. Tab. XV. 17. — 19. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 299. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 587.

Fimbriaria Malleus et F. Mitra *Frölich*: in Naturf. XXIX. St. 13. Tab. I. 4. — 6.

Alyselminthus Malleus *Zeder*: Nachtr. 274.

Halysis Malleus *Zeder*: Naturg. 337.

Habitaculum. *Anas Boschas domest.* Octobri et Decembri (*Goeze*, *Zeder* et *Bremser*); *A. Boschas fera*; *A. Querquedula* et *Anser* (*Zeder*); *A. Penelope*, Junio, Gryphiae (*Rudolphi*); *A. marila* et *glacialis* (*Creplin*); *A. fuliginosa* et *mollissima* (*Mehlis*); *A. fusca*, Octobri et *A. rufina*, Martio et Majo (*Dies.*); *A. moschata* (*Dujardin*); *A. brasiliensis*, Majo in Brasilia (*Natterer*). — *Mergus Merganser* (*Zeder*); *M. Serrator*, Gryphiae (*Schilling*). — *Picus medius*, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Phasianus Gallus* (*Creplin*): in intestinis. M. C. V.

Taeniarum specierum diversarum monstra esse celeb. *Rudolphi* suspicat.

61. Taenia tripunctata *BRAUN.*

Caput obovatum, acetabulis anticis ellipticis. *Rostellum* breve subclavatum. *Collum* breviusculum. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui subcuneati, ultimo elliptico. *Aperturae* genitalium.... Longit. 15 — 16″; latit. 1 — 2‴.

Taenia tripunctata *Braun*: in litt. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 99. Tab. X. 3. et 4. ej. Synops. 147. — *Creplin*: Obs. de Entoz. 74. Fig. 17. (optima). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 588.

Habitaculum. *Erinaceus europaeus*: in intestinis, vario anni tempore. (*Braun*, *Creplin* et pl. al.) M. C. V.

62. Taenia osculata *GOEZE.*

Caput subglobosum, acetabulis hemisphaericis anticis. *Rostellum* subconicum apice excavatum. *Collum* nullum. *Ar-*

ticuli supremi brevissimi, reliqui subquadrati. *Aperturae* genitalium vage alternae. Longit. 1 — 12‴; latit. 1 — 1½‴.

Taenia osculata *Goeze*: Naturg. 415. et 416. Tab. XXXIII. 9. — 14. — *Batsch*: Bandw. 209. Fig. 146. et 147. — *Schrank*: Verz. 47. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 116. et Synops. 150. et 497. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 584.

Taenia Siluri *Batsch*: Bandw. 157. Fig. 80. — 82. — *Gmelin*: Syst. nat. 3080.

Taenia Percae β *Gmelin*: Syst. nat. 3079.

Taenia Glanis *Schrank*: Verz. 47.

Taenia calycina *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 115.

Halysis Siluri *Zeder*: Naturg. 353.

Habitaculum. *Silurus Glanis*, Julio (*Goeze*), Majo et Octobri, Gryphiae (*Rudolphi*), hyeme et vere (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

63. Taenia sphaerophora *RUDOLPHI.*

Caput obcordatum, acetabulis anticis exiguis. *Rostellum* maximum apice subglobosum. *Collum* longum capillare. *Articuli* supremi brevissimi, subsequi subquadrati, reliqui elongati. *Aperturae* genitalium...Longit. 2 — 3‴; latit. ad 1‴.

Taenia sphaerophora *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 119. ej. Synops. 151. et 498. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 605.

Habitaculum. *Numenius arquatus*, Januario, Gryphiae (*Rudolphi*), vere (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

64. Taenia variabilis *RUDOLPHI.*

Caput subrotundum, acetabulis anticis. *Rostellum* exiguum obtusum. *Collum* brevissimum. *Articuli* supremi angustissimi, sequentes moniliformes, infundibuliformes et cyathiformes, ultimi elongati. *Aperturae* genitalium... Long. 4—8″; latit. ½—1‴.

Taenia serpentiformis *Batsch*: Bandw. 179. (Vanelli). — *Goeze*: Naturg. 394. in nota. — *Gmelin*: Syst. nat. 3070.

Taenia variabilis *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 120. ej. Synops. 151. et 498. Tab. III. 3. — 6. (ovula). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 604.

Halysis Vanelli *Zeder*: Naturg. 375.

Habitaculum. *Vanellus cristatus*, Junio et Julio, Gryphiae (*Rudolphi*), vere et aestate (*Bremser*); *V. melanogaster*, aestate et

autumno. — *Totanus hypoleucus*, aestate et autumno; *T. Glareola*, aestate; *T. Calidris*, vario anni tempore. — *Numenius subarquatus*, vario anni tempore. — *Scolopax Gallinago*, aestate et autumno (*Bremser*); *S. Gallinula* (*Dujardin*): in intestinis. M. C. V.

65. Taenia brachycephala *CREPLIN.*

Caput rotundatum, acetabulis anticis magnis ellipticis. *Rostellum* clavatum. *Collum* brevissimum. *Articuli* superiores brevissimi, subsequentes brevi obtusi. *Aperturae* genitalium. Longit. 2—3″; latit. 1‴.

Taenia brachycephala *Creplin*: Nov. Obs. de Entoz. 98. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 194. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 605.

Habitaculum. *Tringa pugnax*: in intestinis, Septembri Gryphiae (*Schilling*), Junio (*Creplin*).

66. Taenia laevigata *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* cylindricum obtusum. *Collum* elongatum latiusculum. *Articuli* supremi brevi, reliqui longiores angulis rotundatis. *Aperturae* genitalium... Longit. 6—1½″; latit. ½—1‴.

Taenia Charadrii Hiaticulae *Viborg*: Ind. Mus. Hafn. 139. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 208.

Taenia laevigata *Rudolphi*: Synops. 151. et 500. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 603.

Habitaculum. *Charadrius Hiaticula*, aestate; *C. pluvialis*, vere; *C. cantianus*, aestate; *C. minor*, vere (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

67. Taenia amphitricha *RUDOLPHI.*

Caput subrotundum, acetabulis anticis magnis. *Rostellum* cylindricum apice nodulosum. *Collum* breviusculum. *Articuli* supremi brevissimi filiformes, reliqui longiores et latiores margine postico tumido. *Aperturae* genitalium marginales secundae. *Penes* filiformes recti echinati. Long. 1—5″; lat. ½—1‴.

Taenia amphitricha *Rudolphi*: Synops. 152. et 501. — *Mehlis*: in Isis. 1831. 195. nota. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 605.

Habitaculum. *Tringa variabilis*: in intestinis, frequentissime autumno (*Bremser*). M. C. V.

68. Taenia cyathiformis *FRÖLICH.*

Caput subcordatum, acetabulis anticis magnis. *Rostellum* obtusum. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui cyathiformes crassi. *Aperturae* genitalium... Longit. $\frac{1}{2}$—5‴; latit. vix 1‴.

Taenia Hirundinis urbicae *Goeze*: Naturg. 390. in nota. — *Batsch*: Bandw. 241. – *Schrank*: Verz. 51. — *Gmelin*: Syst. nat. 3072.
Taenia cyathiformis *Frölich*: in Naturf. XXV. St. 55.—58. Tab. III. 1.—3. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 117. ej. Entoz. hist. III. 122. et Synops. 152. et 502. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 567. Tab. IX. R. 1. apex capit. et R. 2. ovulum.

Habitaculum. *Hirundo urbica* (*Goeze*), aestate et autumno (*Bremser*); *H. rustica*, Majo Gryphiae, Aprili, Armini (*Rudolphi*), vario anni tempore (*Bremser*); *H. riparia*, Aprili, Armini (*Rudolphi*), vario anni tempore (*Bremser*). — *Cypselus Apus* (*Frölich*), Augusto (*Nitzsch*), vere et aestate (*Bremser*), Rhedoni (*Dujardin*); *C. Melba*, aestate (*Bremser*); *C. collaris*, in Hispania (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

69. Taenia pyramidalis *DIESING*

Caput pyramidale, acetabulis angularibus anticis. *Rostellum* breve subglobosum. *Collum* longiusculum. *Articuli* supremi obtusi brevissimi, reliqui infundibuliformes subaequales. *Aperturae* genitalium... Longit. 8—14‴; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Taenia Dendrocalaptis *Rudolphi*: Synops. App. 705.

Habitaculum. *Dendrocalaptes procurvus* (N. 71. coll. bras. M. V.); *D. turdinus*. – *Anabates scandens*, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

70. Taenia campanulata *RUDOLPHI.*

Caput subpyramidale, acetabulis anticis magnis. *Rostellum* obtusum. *Collum* breve. *Articuli* supremi brevissimi, reliqui campanulati. *Aperturae* genitalium... Longit. 1—2″; latit. ult. $\frac{1}{2}$‴.

Taenia campanulata *Rudolphi*: Synops. App. 693. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 596.

Habitaculum. *Thamnophilus sulfuratus*. — *Muscicapa audax* in Brasilia (*Natterer*); in intestinis. M. C. V.

71. Taenia villosa *BLOCH.*

Caput subrotundum, acetabulis anticis. *Rostellum* cylindricum apice subglobosum. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequi longiusculi, reliqui subinfundibuliformes, marginis posterioris angulo altero protracto subulato. *Aperturae* genitalium secundae. *Penes* subulati. Long. 1—4'; lat. vix 1'''.

Taenia villosa *Bloch*: Abh. 12. Tab. II. 5. — 9. — *Schrank*: Verz. 45. — *Rudolphi*: Entoz. hist. 126. ej. Synops. 153. — *Bremser*: Icon. Tab. XV. 9. — 13. — *Nitsch*: in *Schmalz's* Tab. anatom. Entoz. illust. 6. Tab. III. 1. — 6. (anatom.) — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 603.

Taenia Otidis *Werner*: Brev. expos. 54. Tab. III. 58. — 63.

Taenia fimbriata *Batsch*: Bandw. 163. 19. Fig. 86. 87.

Taenia Tardae *Gmelin*: Syst. nat. 3077.

Halysis villosa *Zeder*: Naturg. 336.

Habitaculum. *Otis Tarda* (*Bloch*), Septembri, Gryphiae (*Rudolphi*), Decembri (*Dies.*): in intestinis. M. C. V.

72. Taenia sphaerocephala *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum obtuse tetragonum, acetabulis angularibus. *Rostellum* breve apice capitellatum. *Collum* breviusculum. *Articuli* brevissimi. *Aperturae* genitalium marginales. *Penes* brevi acutiusculi. Longit. ad 2''; lat. 1'''.

Taenia sphaerocephala *Rudolphi*: Synops. App. 695. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 589.

Habitaculum. *Chrysochloris aurea*: ex intestinis individui in spiritu vini servati (*Rudolphi*). M. C. V.

73. Taenia bacillaris *GOEZE.*

Caput subglobosum acetabulis anticis. *Rostellum* pyriforme. *Collum* elongatum. *Articuli* subcuneati obtusi. *Aperturae* genitalium marginales vage alternae. *Penes* filiformes. Longit. 4—6''; latit. 1'''.

Taenia filamentosa *Goeze*: Naturg. 360. Tab. XXVII. 6. — *Batsch*: Bandw. 160. Fig. 84. 85. — *Schrank*: Verz. 38. — *Gmelin*: Syst. nat. 3068. — *Rudolphi*: Entoz. hist. 129.

Halysis filamentosa *Zeder*: Naturg. 342.

Taenia bacillaris *Goeze*: Naturg. 359. Tab. XXVII. 4. — 5. — *Batsch*: Bandw. 191. Fig. 122. et 123. — *Schrank*: Verz. 37. — *Gmelin*: Syst. nat. 3073. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 116., ej.

Entoz. hist. III. 131. et Synops. 154. et 506. — *Mehlis*: in Isis 1831. 195. in nota. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 589.
Halysis bacillaris *Zeder*: Naturg. 342.

Habitaculum. *Talpa europaea*, Septembri (*Goeze*), Majo, Julio et Septembri, Gryphiae (*Rudolphi*), aestate (*Bremser*): in intestinis tenuibus. M. C. V.

Penes protractos *Goeze* solum vidit.

74. Taenia platycephala *RUDOLPHI.*

Caput tetragonum truncatum, acetabulis angularibus anticis suborbicularibus. *Rostellum* cylindricum obtusum. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi sequentes subcuneati obtusi, ultimi elongati infundibuliformes. *Aperturae* genitalium... Longit. 5—6″; latit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Taenia Alaudae *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 210.
Taenia platycephala *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 94., ej. Synops. 154. et 508. — *Bremser*: Icon. Tab. XV. 14.—16. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 597.

Habitaculum. *Alauda arvensis* (*Braun*), vario anni tempore (*Bremser*); *A. cristata*, autumno. — *Anthus campestris*, aestate; *A. arboreus*, vere et aestate; *A. aquaticus*, autumno et *Emberiza melanocephala*, vere (*Bremser*). — *Sylvia Luscinia*, Decembri, Gryphiae et Berolini (*Rudolphi*), vere (*Bremser*); *S. cinerea*, autumno; *S. nisoria*, vere et aestate; *S. Curruca*, vere et autumno; *S. hortensis*, aestate; *S. Phoenicurus*, autumno; *S. atricapilla*, aestate. — *Saxicola Oenanthe*, autumno; *S. rubicola*, vere et autumno. — *Motacilla flava*, aestate: in intestinis. M. C. V.

Confer Taeniam purpuream *Dujardin*.

75. Taenia aequabilis *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* obovatum. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi interdum acuti, subsequentes obtusiusculi. *Aperturae* genitalium... Longit. $\frac{1}{2}$—1′; lat. 1$\frac{1}{2}$‴.

Taenia aequabilis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 135. ej. Synops. 155. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 610.

Habitaculum. *Anas Zygnus*, Novembri, Gryphiae (*Rudolphi*); *A. Olor*, hyeme (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

76. Taenia microscopica *MIRAM.*

Caput subtetragonum magnum, acetabulis anticis. *Rostellum* acutum. *Collum* longissimum. *Articuli* supremi brevissimi marginibus crenatis, subsequentibus subquadratis sensim decrescentibus. *Aperturae* genitalium... Long. 2‴; lat. vix $\frac{1}{4}$″.

Taenia microscopica *Miram*: in Bullet. de la soc. Imp. des Natural. de Mosc. 1840. 160. — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. II. 363.

Habitaculum. *Anas Olor*, Septembri, Vilnae (*Miram*): in intestinis. — Speciei praecedentis forsan proles.

77. Taenia tenuirostris *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum acetabulis anticis suborbicularibus. *Rostellum* tenue subclavatum. *Collum* longiusculum. *Articuli* supremi angustissimi brevissimi, subsequi longiores, reliqui breves utrinque acuti. *Aperturae* genitalium...Longit. 4—6″; latit. $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$‴.

Taenia tenuirostris *Rudolphi* Synops. 156. et 509. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 610. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 142. et 143.

Habitaculum. *Mergus Albellus*, Majo, Berolini (*Rudolphi*), vere et aestate (*Bremser*); *M. Merganser*, hyeme et vere; *M. Servator*, vere et autumno (*Bremser*). — *Anas fusca; A. Marilla* et *mollissima* (*Mehlis*): in intestinis. M. C. V.

78. Taenia microsoma *CREPLIN.*

Caput subconicum interdum transverse ellipticum, acetabulis magnis oblongis anticis. *Rostellum* elongatum subclavatum. *Collum* subnullum. *Articuli* brevissimi obtusi. *Aperturae* genitalium marginales secundae. *Penes* cylindrici interdum subclavati. Longit. $\frac{1}{4}$ — 1″.

Taenia microsoma *Creplin*: Nov. Obs. de Entoz. 99. et: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 143. — *Mehlis*: in Isis 1831. 194. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 610.

Habitaculum. *Anas mollissima*, Januarii, Gryphiae (*Schilling*); *A. fusca* et *Marilla* (*Mehlis*); *A. nigra* (*Laurer*). — Cum specie praecedente identicam suspicat cel. *Mehlis*.

79. Taenia inversa *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* obtuse conicum. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes angustati, tunc plurimi lati rotundati, ultimi elongati. *Aperturae* genitalium... Longit. 1″; latit. $\frac{1}{2}$‴.

Taenia inversa *Rudolphi*: Synops. 156. et 510. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 607.

Habitaculum. *Sterna nigra*: in intestinis, aestate (*Bremser*). M. C. V.

80. Taenia capillaris *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* obovatum. *Collum* longissimum filiforme. *Articuli* brevissimi. *Aperturae* genitalium... Longit. 2—4″; latit. $\frac{1}{3}$‴.

Taenia minuta *Braun*: in litt.

Taenia capillaris *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 138., ej. Synops. 156. et 511. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 606.

Taenia Colymbi cristati *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 206. 1. et 2., ej. Synops. 174.

Taenia Colymbi cornuti *Rudolphi*: Synops. 174.

Habitaculum. *Podiceps auritus* (*Braun*), vere (*Bremser*); *P. subcristatus* et *cornutus*, vere; *P. cristatus*, vere et autumno: in intestinis. M. C. V.

Ad Taeniam multistriatam forsan pertinere cel. *Rudolphi* suspicatur.

81. Taenia capitellata *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* filiforme capitellatum. *Collum* breve. *Articuli* superiores angusti longiusculi, reliqui breves utrinque acuti. *Aperturae* genitalium marginales secundae. *Penes* subulati v. subclavati recti. Longit. 2—5″; latit. 1‴.

Taenia rostellata *Abildgaard*: in Dansk. Selsk. Skrivt. I. 1. 59. et 62. vers. 54. et 56. Tab. V. 3. a. b.

Halysis rostellata *Zeder*: Naturg. 337.

Taenia capitellata *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 139., ej. Synops. 156. et 511. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 606. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 138.

Habitaculum. *Colymbus glacialis* (*Abildgaard*); *C. septentrionalis* (*Mehlis*); *C. arcticus*, vario anni tempore: in intestinis. M. C. V.

82. Taenia unilateralis *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum obtuse tetragonum, acetabulis anticis magnis. *Rostellum* capitellatum. *Collum* nullum. *Articuli* brevissimi cuneati. *Aperturae* genitalium marginales subsecundae. *Penes* cylindrici incurvati. Longit. 2—6″; latit. ad 2‴.

Taenia unilateralis *Rudolphi*: Synops. app. 696. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 604.

Habitaculum. *Ardea Leuce* et *scapularis*, Novembri, Januario, Februario et Majo, in Brasilia (*Natterer*): in intestinis. M. C. V.

83. Taenia Filum *GOEZE.*

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* cylindricum apice incrassatum. *Collum* longiusculum filiforme. *Articuli* subcuneati utrinque acuti. *Aperturae* genitalium... Longit. 2—7″; latit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Taenia Filum *Goeze*: Naturg. 398. Tab. XXXII. A. 1.—7. — *Batsch*: Bandw. 175. Fig. 27. 94. et 95. — *Schrank*: Verz. 42. — *Gmelin*: Syst. nat. 3071. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 119., ej. Entoz. hist. III. 140. et Synops. 157. et 512. — *Mehlis*: in Isis 1831. 195. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 605.
Taenia Scolopacis Cat. Ent. Vindob. 29. — *Rudolphi*: Synops. 173.
Taenia Tringae Cat. Ent. Vindob. 29. — *Rudolphi*: Synops. 173.
Halysis Filum *Zeder*: Naturg. 368.

Habitaculum. *Scolopax Rusticola* (*Goeze*), Aprili, Gryphiae (*Rudolphi*), vario anni tempore (*Bremser*); *S. Gallinula*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*). — *Strepsilas Interpres*, in Brasilia (*Natterer*). — *Limosa rufa*, autumno; *L. melanura*, aestate. — *Tetanus ochropus*, aestate; *T. fuscus* et *T. pugnax*, vario anni tempore: in intestinis. M. C. V.

84. Taenia paradoxa *RUDOLPHI.*

Caput subcordatum, acetabulis magnis anticis oblongis. *Rostellum* subclavatum basi vaginatum. *Collum* subnullum. *Articuli* supremi brevissimi, subsequentes difformes obtusi. *Aperturae* genitalium... Longit. 1—4‴; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$‴.

Taenia interrupta *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 122. ej. Entoz. hist. III. 156. et Synops. 161. — *Creplin*: Nov. Obs. d. Entoz. 128. — *Mehlis*: in Isis 1831. 197.

Taenia paradoxa *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 121. Tab. II. 10. ej. Entoz. hist. III. 155. Tab. X. 2. et Synops. 161. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 571. Tab. XI. C.

Habitaculum. *Scolopax Rusticola*, Aprili, Gryphiae (*Rudolphi* et *Creplin*); *S. Gallinula*, Julio, Gryphiae (*Rudolphi*), Septembri (*Schilling*); *S. Gallinago*, Aprili et Novembri (*Mehlis*). — *Charadrius pluvialis*, Septembri (*Creplin*). — *Gallinula Crex* (*Dujardin*): in intestinis. M. C. V.

Speciei praecedentis proles videtur cl. *Mehlis*.

85. Taenia microcephala *RUDOLPHI*.

Caput subglobosum minimum, acetabulis anticis. *Rostellum* cylindricum apice capitellatum. *Collum* elongatum. *Articuli* breves, angulis retrorsum acutis reflexis. *Aperturae* genitalium... Longit. 1—2″; latit. $\frac{1}{2}$—1‴.

Taenia microcephala *Rudolphi*: Synops. 157. et 513. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 604.

Habitaculum. *Ibis falcinellus*: in intestinis, hyeme (*Bremser*). M. C. V.

86. Taenia Linea *GOEZE*.

Caput subglobosum, acetabulis anticis. *Rostellum* obtusum. *Collum* angustatum. *Articuli* supremi rugaeformes, subsequentes infundibuliformes, ultimi campanulati. *Aperturae* genitalium... Longit. 4—12″; latit. 1‴.

Taenia Linea *Goeze*: Naturg. 399. Tab. XXXII. A. 8.—12. — *Batsch*: Bandw. 194. Fig. 28. 128. 129. — *Schrank*: Verz. 42. — *Gmelin*: Syst. nat. 3077. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 142., ej. Synops. 157. et 513. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 602.
Alyselminthus Linea *Zeder*: Nachtr. 277. — 281.
Halysis Linea *Zeder*: Naturg. 343.

Habitaculum. *Perdix cinerea* (*Goeze*, *Zeder* et pl. al.); *P. Coturnix*, Majo, Anconae (*Rudolphi*), vere et aestate (*Bremser*): in intestinis. M. C. V.

87. Taenia cucumerina *BLOCH*.

173. Taenia Sternae Hirundinis *MUS. VINDOB.*

Cat. Ent. Vindob. 29. — *Rudolphi*: Synops. 174.

Habitaculum. *Sterna Hirundo*: in intestinis, aestate M. C. V.

Fragmenta manca, ad Taeniam oligotomam forsan pertinentia.

174. Taenia Sternae galericulatae *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. App. 708.

Habitaculum. *Sterna galericulata* (Coll. brasil. N. 301.): in intestinis, fragmenta acephala speciei elegantissimae, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

175. Taenia Colymbi Troiles *VIBORG.*

Viborg: Ind. Mus. Vet. Hafn. 239. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 206. ej. Synops. 174.

Habitaculum. *Uria Troile*: in intestinis (*Abildgaard*).

176. Taenia Pelecani Aquilae *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. App. 709.

Habitaculum. *Tachypetes Aquila*: in intestinis, fragmenta acephala, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

177. Taenia Lari cani *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum antice attenuatum, acetabulis orbicularibus majusculis. *Rostellum* cylindricum apice globosum uncinulorum corona cinctum. *Collum* ... *Articuli* subcuneati vaginantes obtusi. *Aperturae* genitalium ... Long. ...

Taenia Lari cani *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 206., ej. Synops. 74.
Taenia ciliata *Mehlis? Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 139.

Habitaculum. *Larus canus*: in intestinis (*Braun*).

Ad Taeniam porosam forsan amandanda.

178. Taenia Anatis Tadornae *VIBORG.*

Viborg: Ind. Mus. Vet. Hafn. 239. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 203. ej. Synops. 174.

Habitaculum. *Anas Tadorna*: in intestinis (*Abildgaard*).

179. Taenia Alcae Picae *FABRICIUS.*

Fabricius: Fauna Groenl. 318. — *Batsch*: Bandw. 232. — *Schrank*: Verz. 42. — *Gmelin*: Syst. nat. 3076. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 204., ej. Synops. 174.
Halysis Alcae *Zeder*: Naturg. 356.

Habitaculum. *Alca Pica*: in intestinis, fragmenta acephala, in Groenlandia (*Fabricius*).

180. Taenia armillaris *RUDOLPHI.*

Taenia Tordae *Fabricius*: Fauna Groenl. 319. — *Batsch*: Bandw. 232. — *Schrank*: Verz. 45. — *Gmelin*: Syst. nat. 3077.
Taenia armillaris *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 205., ej. Synops. 175. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 607.
Halysis Tordae *Zeder*: Naturg. 356.

Habitaculum. *Alca Pica*: in intestinis, in Groenlandia (*Fabricius*).

A specie praecedente diversissima, ast insufficienter descripta.

III. Amphibiorum.

181. Taenia Lacertae *MUS. VINDOB.*

Cat. Ent. Vindob. 29. — *Rudolphi*: Synops. 175.

Habitaculum. *Trapelus hispidus*: in intestinis, hyeme, fragmenta acephala. M. C. V.

182. Taenia Colubri *RUDOLPHI.*

Rudolphi: Synops. App. 709.

Habitaculum. *Ophiomorphus poecilogyrus*: intestina, fragmenta acephala, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

183. Taenia Amphisbaenae *MUS. VINDOB.*

Cat. Ent. Vindob. 29. — *Rudolphi*: Synops. 175.

Habitaculum. *Amphisbaena alba*: in intestinis, fragmenta acephala. M. C. V.

IV. Piscium.

184. Taenia Pollachii *RATHKE.*

Rathke: in Dansk. Selsk. Skrivt. V. 1. 68. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 212. ej. Synops. 175.

Habitaculum. *Merlangus Pollachius*: in intestinis (*Rathke*).

185. Taenia Belones *MÜLLER.*

Müller: in Naturf. 22. St. 48. — *Rudolphi*: Ent. hist. III. 212., ej. Syn. 175.

Habitaculum. *Belone Acus*: in intestinis (*Müller*).

Probabiliter Triaenophorus.

186. Taenia Eperlani *ACHARIUS.*

Acharius: in Vet. Acad. Nya Handl. 1780. 52. Tab. III. 7. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 212., ej. Synops. 175.

Habitaculum. *Osmerus Eperlanus*: in cavo abdominis (*Acharius*).

Forsan Taenia longicollis.

187. Taenia Salmonis Omul *PALLAS.*

Pallas: Zoogr. Rosso-Asiatica 1813. III. 409. — *Rudolphi*: Synops. 175.

Habitaculum. *Salmo Omul* autumno: in ventriculo (*Pallas*).

De Ascaridibus et Taeniolis intestina coeca infestantibus eaque saepe perfodientibus cel. *Pallas* loquitur. — Forsan Tetrabothrii.

188. Taenia Idi *VIBORG.*

Viborg: Ind. Mus. Vet. Hafn. 240. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 213. ej. Synops. 176.

Habitaculum. *Leuciscus Idus*: in intestinis (*Abildgaard*).

Forsan Taenia torulosa, in variis Cyprinis obvia.

VI. SCIADOCEPHALUS *DIESING.*

Corpus plano-depressum taeniaeforme, articulatum. *Collum* nullum. *Caput* horizontaliter membranaceo-dilatatum disciforme corpore latius, acetabulis quatuor disci centro immersis, in quadrangulum dispositis. *Os* orbiculare inter acetabula prominulum. *Aperturae* genitalium marginales alternae. — In piscium fluviatilium Americae tropicae intestinis.

1. Sciadocephalus megalodiscus *DIESING.*

Caput magnum, obtuse subquadratum, acetabulis hemisphaericis. *Articuli* subaequales triplo fere latiores q. longi, ultimo triplo longiore rotundato. Latit. capit. 1—2‴; longit. corp. $1\frac{1}{4}$—4‴; latit. $\frac{1}{4}$—$\frac{3}{4}$‴.

Habitaculum. *Cichla Monoculus*: in intestinis, Julio et Octobri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

VII. EPHEDROCEPHALUS *DIESING.*

Corpus plano-depressum taeniaeforme, articulatum. *Collum* crassum cuneiforme breve, deplanato-dilatatum dendritice rugosum marginibus reflexis callosis, quadrisinuatum (sellam simulans). *Caput* pyramidale, parvum, acetabulis quatuor angularibus orbicularibus. *Os* terminale? *Aperturae* genitalium femineae laterales in linea longitudinali mediana. *Penes* filiformes marginales alterni. — In piscium fluviatilium Americae tropicae intestinis.

1. Ephedrocephalus microcephalus *DIESING.*

Corpus utrinque, retrorsum tamen magis decrescens, articulis brevissimis, supremis sensim longioribus. Longit. corp. 1′ et 2″; latit. med. 4‴, latit. colli 3‴, latit. capit. ad 1‴.

Habitaculum. *Phractocephalus hemiliopterus*: in intestinis, Junio et Augusto, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

VIII. AMPHOTEROMORPHUS. *DIESING.*

Corpus plano-depressum taeniaeforme, articulatum. *Collum* breve crassum subquadratum, bothriis s. foveis quatuor terminalibus, ovalibus immersis cruciatim dispositis, margine elevato cinctis, cum angulis colli externis convergentibus, extus longitudine plicatum, limbo crenulato inflexo. *Caput* pyramidale parvum, acetabulis quatuor angularibus, basilaribus, pyriformibus, singulo tertiam bothrii partem explente. *Os* terminale. *Aperturae* genitalium femineae... *Penes* marginales e basi incrassata filiformes, vaginati. — In piscium fluviatilium Americae tropicae intestinis.

1. Amphoteromorphus Peniculus *DIESING.*

Corpus antice parum attenuatum, articulis brevissimis subaequalibus. Long. et lat. cap. $1\frac{1}{2}'''$; long. corp. 1—$1\frac{3}{4}''$; lat. ad $2'''$.

Habitaculum. *Bagrus Goliath*: in intestinis, Januario, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

IX. PELTIDOCOTYLE *DIESING.*

Corpus depressum taeniaeforme, articulatum. *Collum* nullum. *Caput* globoso-inflatum, longitudine gyrose rugosum, scutellis quatuor ellipticis terminalibus, cruciatim capiti adnatis, singulis acetabula duo superstita orbicularia immersa gerentibus. *Os*... *Aperturae* genitalium... — In piscium Americae tropicae intestinis.

1. Peltidocotyle rugosa *DIESING.*

Corpus retrorsum sensim decrescens, extremitate caudali attenuatum, interdum bifidum, articulis brevissimis subaequalibus transverse rugosis. Longit. capit. $3'''$; latit. $2\frac{1}{2}'''$; long. corp. ad $1\frac{1}{2}''$; lat. med. $1\frac{1}{2}'''$.

Habitaculum. *Platystoma tigrinum*: in intestinis, Decembri, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

TRIBUS III. THECAPHORA DIESING.

Cystica *Rudolphi* ex parte.

Animalia solitaria. *Corpus* elongatum continuum. *Receptaculum* amplum ad corporis basin, aut inter collum et corpus situm. *Collum* teretiusculum corpore continuum cumque eo in receptaculum basilare retractile, aut receptaculo a corpore discretum in illud retractile. *Caput* bothriis duobus v. quatuor et proboscidibus quatuor terminalibus armatis retractilibus instructum. *Os* terminale. — *Organa* genitalia nulla visa. Multiplicatio incerta. — In piscium marinorum regionum calidiorum et tropicarum, excepto tractu intestinali, organa varia infestantia, utplurimum folliculo s. vesicula inclusa v. libera. — *Bothriocephalideorum* et inter illa *Rhynchobothriorum* prototypa.

X. ANTHOCEPHALUS *RUDOLPHI.*

Floriceps *Cuvier.*

Corpus depressum taeniaeforme continuum, antice collo tubuloso, postice receptaculo magno basilari terminatum. *Caput* bothriis duobus oblique oppositis. *Proboscides* quatuor terminales, oppositi, uncinati. *Os* inter proboscides terminale.

1. Anthocephalus elongatus *RUDOLPHI.*

Corpus elongatum. Receptaculum subclavatum magnum. *Collum* corpore parum longius et crassius. *Bothria* ovalia. *Proboscides* vix capite longiores. Longit. recept. 4—5‴; crass. 2—3‴.

Floriceps saccatus *Cuvier*: Règn. anim. IV. 45. et 190. Tab. XV. 1. et 2. nouv. édit. 1830. III. 278. in Annal. d. Sc. nat. 3. Série. XI. 133.

Anthocephalus elongatus *Rudolphi*: Synops. 178. et 537. Tab. III. 12. —17. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. IV. 259. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Anim. s. vert. 2. édit. III. 587. — *Drumond*: in *Charlesworth's* Mag. of nat. hist. IV. 241. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 547.

Bothriocephalus? patulus *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 50. Tab. III. 29. et 30. (ic. mala).

Floriceps elongatus *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 593.

Habitaculum. *Orthragoriscus Mola*: in hepate (*Cuvier*); in hepate et mesenterio, Julio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Lichia glauca*: in mesenterio, Augusto, Neapoli (*Rudolphi*).

2. Anthocephalus giganteus *DIESING.*

Receptaculum obconicum maximum. *Collum* corpore longius et crassius. *Bothria* obcordata. *Proboscides* capite longiores. Longit. tot. ad 3″; probosc. c. capite 2‴; lat. $\frac{1}{8}$‴. Coll. 10—13‴; lat. $1\frac{1}{4}$‴. Corp. 3—4‴; lat. 1‴. Recept. 10—12‴; crass. recept. 4—6‴.

Habitaculum. *Chorinemus saliens*: in cavo frontali, Martio, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

Proboscides filiformes, in ima colli tubulosi basi orti, singuli inferne in spiram laxam membranaceo-vaginatam luteam contorti. Tractus intestinalis duplex, utrinque juxta colli longitudinem parallelus, uterque e basi simplici bifidus, cruribus superne anastomosantibus. Receptaculum maximum, pro parte granuloso-parenchymatosum.

Species inquirendae.

3. Anthocephalus Granulum *RUDOLPHI.*

Corpus ovatum. *Receptaculum* subglobosum minimum. *Collum* tenue. *Bothria* duo longitudine divisa. Long. $\frac{1}{2}$‴; lat. $\frac{1}{3}$‴.

Anthocephalus Granulum *Rudolphi*: Synops. 178. et 541. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 548.

Habitaculum. *Caranx trachurus*: extra ventriculum et appendices pylori, in peritoneo intra folliculum duplicem, alium exteriorem fuscum, alium interiorem firmiorem album, Aprili, Armini (*Rudolphi*). — *Smaris Alcedo*, Majo, Armini (*Rudolphi*). — *Scomber Colias*, Julio, Neapoli (*Rudolphi*).

4. Anthocephalus paradoxus *DRUMMOND.*

Receptaculum ovale depressum. *Collum* tubulosum. *Bothria* 2 v. 4 (?). Longit. 3‴; crass. 1‴.

Anthocephalus paradoxus *Drummond*: in *Charlesworth's* Mag. of nat. hist. II. 635. c. icon.

Habitaculum. *Merlangus carbonarius*: ad ventriculi superficiem, intra folliculum, Octobri, in Hibernia (*Drummond*). — *Rhombus maximus*: in intestinis, Septembri, in Hibernia (*Drummond*).

5. Anthocephalus rudicornis *DRUMMOND.*

Drummond: in *Charlesworth's* Mag. of nat. hist. III. 227. Fig. a. — c.

Habitaculum. *Hippoglossus Gigas*: ad intestinorum superficiem, in hepate et mesenterio intra folliculum (*Drummond*).

XI. ACANTHORHYNCHUS *DIESING.*

Scolex *Cuvier.* — Gymnorhynchus *Rudolphi.* — Anthocephalus *Bremser.* — Bothriorhynchus *van Lidth de Jeude.*

Corpus depressum taeniaeforme continuum, longissimum. *Receptaculum* sphaericum magnum, collum a corpore discernens. *Collum* longum tubulosum cum capite in receptaculum retractile. *Caput* subtetragonum, bothriis duobus oppositis, adnatis emarginatis. *Proboscides* quatuor bothriorum marginem internum superum continuantes, echinati, basi nudi, retractiles, capite multo longiores. *Os* terminale inter proboscides. — In piscium marinorum carne.

1. Acanthorhynchus reptans *DIESING.*

Longit. total. ad 3'. Probosc. ad 4'''; crass. $\frac{1}{8}$'''. Caput c. collo 8'''; lat. 1'''. Recept. ad $\frac{1}{2}$'' et 2—3'''; lat. 5—6'''. Corp. 2—3'; lat. $1\frac{1}{2}$—2'''.

Scolex Gigas *Cuvier*: Règn. Anim. IV. 48. nouv. édit. 1830. III. 173. nota.
Gymnorhynchus reptans *Rudolphi*: Synops. 129. et 444. — *Bremser*: Icon. Tab. XI. 11.—13. — *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 590. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 294. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Anim. s. vert. 2. édit. III. 587. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 553.
Anthocephalus macrourus *Bremser* non *Rudolphi*: Icon. Tab. XVII. 1. 2.
Bothriorhynchus continuus *van Lidth de Jeude*: Rec. d. Fig. des vers intest. Tab. IV. 9.—11.

Habitaculum. *Brama mediterranea*: in omni carne (*Cuvier*); nec ullum piscem a verme liberum vidit, Junio et Julio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Lepidopus argyreus*: in carne (*Otto*).

Species inquirenda.

2. Acanthorhynchus horridus *DIESING.*

Proboscides antice magis incrassati, armati, basi uncinis quinque validioribus cincti, postice nudi. *Receptaculum*

ellipticum, corpus depressum articulatum (?), apice acutum. Longit....

Gymnorhynchus horridus *Goodsir*: in l'Instit. X. 332. et: in *Froriep's* N. Notiz. XX. 162. Fig. 14. — 18.

Habitaculum. *Zeus Faber*: in hepate intra folliculum tubulosum antrorsum incrassatum apice clavato-inflatum (*Goodsir*).

Ob capitis formam obiter descriptam et depictam, nec non ob corpus articulatum, species adhuc dubia.

XII. PTEROBOTHRIUM *DIESING*.

Anthocephalus *Rudolphi*.

Corpus elongatum continuum, depressum v. teretiusculum. *Receptaculum* collum a corpore discernens. *Collum* longum tubulosum cum capite in receptaculum retractile. *Caput* tetragonum bothriis quatuor terminalibus cruciatim dispositis ovalibus convexiusculis, basi membrana junctis. *Proboscides* quatuor, singuli longitudinaliter bothria medio percurrentes, apice excurrentes, longissimi, spiraliter armati. *Os* terminale ad basim bothriorum. — In superficie viscerum piscium marinorum, ad hepar, vesicam natatoriam; saepe folliculo solitarie inclusa.

1. Pterobothrium macrourum *DIESING*.

Corpus longissimum cylindricum. *Receptaculum* ovale. *Collum* tenue elongatum. *Proboscides* uncinis ternatis. Longit. tot. ultra $2\frac{1}{2}''$; prob. c. collo $6'''$; recept. $3'''$; corp. $2''$.

Anthocephalus macrourus *Rudolphi* non *Bremser*: Synops. 178. et 542. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 548. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 299.

Habitaculum. *Spari sp. inc.* (*Cherubincho* Lusitanorum): ad viscera et hepar, libere v. folliculo inclusum, Julio et Augusto, in Brasilia (*Olfers*).

Specimen originarium in Mus. berolin. servatum vidi.

2. Pterobothrium crassicolle *DIESING*.

Corpus longissimum subcylindricum. *Receptaculum* ellipticum. *Collum* tubulosum basi incrassatum. *Proboscides* uncinis discretis muniti. Longit. tot. ad $4\frac{1}{2}''$; probosc. $1\frac{1}{2}'''$; recept. $2'''$; corp. $2''$ et $8'''$.

Habitaculum. *Erythrinus unitaeniatus*: extus ad intestina, intra folliculum, Januario, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

3. Pterobothrium heteracanthum *DIESING.*

Corpus longissimum depressum gracile. *Receptaculum* subglobosum. *Collum* filiforme retrorsum ventricosum, basi angustatum. *Proboscides* inferne echinis binatis ternatisve gracilibus, superne uncinis discretis validis muniti. Longit. tot. ad 5″; probosc. $\frac{1}{2}$‴; colli 7‴; recept. 2‴; corp. 2″ et ultra.

Habitaculum. *Micropogon lineatus*: in superficie vesicae natatoriae et intestinorum, saepe intra folliculum, in Brasilia (*Natterer*) M. C. V.

4. Pterobothrium interruptum *DIESING.*

Corpus ovato-lanceolatum depressum a receptaculo processu brevi filiformi discretum. *Receptaculum* subquadratum. *Collum* longum basi incrassatum. *Proboscides* uncinis discretis armati. Longit. tot. $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$″; probosc. $\frac{3}{4}$‴; coll. 1‴; recept. $\frac{1}{2}$‴; corporis vix 3‴.

Anthocephalus interruptus *Rudolphi*: Synops. 178. et 543. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 548.

Habitaculum. *Trichurus lepturus*: ad hepatis et intestinorum superficiem, intra folliculum, Octobri, in Brasilia (*Olfers*).

Specimen originarium in Mus. berolin. servatum vidi.

TRIBUS IV. BOTHRIOCEPHALIDEA *DIESING.*

Cestoidea *Rudolphi* ex parte.

Animalia solitaria androgyna. *Corpus* elongatum depressum, taeniaeforme aut teretiusculum, continuum aut transverse annulatim plicatum v. articulatum. *Caput* corpore continuum v. collo discretum, bothrio unico terminali aut 2—4 v. 8 oppositis, proboscidibus nullis v. 4 retractilibus armatis instructis. *Os* (in nonnullis saltem) exquisite terminale. *Oesophagus* brevissimus. *Tractus cibarius* bifurcatus in utroque corporis margine decurrens systemate vasorum subcutaneo junctus, ano destitutus. *Ganglion* cerebrale haud visum. *Aperturae* genitalium nunc nullae, nunc discretae, ut plurimum

laterales, rarius marginales v. marginales ac laterales. *Penes* (lemnisci Auct.) inermes filiformes. — *Ovipara. Organa* genitalia mascula et feminea in vario gradu evolutionis detenta, in articulis supremis haud, in mediis parum, in ultimis summe evoluta, ovulis tandem foecundatis cum illis utplurimum sponte decidua *). — In animalium vertebratorum praeprimis piscium tractu intestinali, nec non in visceribus aliis; inter avertebrata solummodo in molluscis cephalopodis endoparasita; folliculo inclusa aut libera.

SUBTRIBUS I. RHYNCHOBOTHRIA *RUDOLPHI.*

Corpus teretiusculum aut depressum, continuum aut articulatum. *Caput* collo continuum, bothriis 2 aut 4 inermibus. *Proboscides* 4 armati retractiles.

Structura colli interna in omnibus collo Thecaphororum (conf. Anthoceph. giganteum) analoga, reliqua structura non satis nota.

SECTIO I. DIBOTHRIA. Bothria duo.

* Monarthra. *Corpus continuum.*

XIII. DIBOTHRIORHYNCHUS *DIESING.*

Tetrarhynchus *Rudolphi.* — Bothriocephalus *Leuckart.*

Corpus continuum teretiusculum aut depressiusculum. *Collum* tubulosum retractile corpore brevius. *Caput* bothriis duobus oppositis lateralibus apice convergentibus. *Proboscides* quatuor terminales filiformes armati, retractiles. *Os* terminale (?). — *Genitalia* externa nulla. — In piscium marinorum intestinis et carne.

1. Dibothriorhynchus scolecinus *DIESING.*

Caput bothriis ovalibus. *Proboscides* filiformes (saepissime retracti). *Collum* conicum. *Corpus* depressiusculum ovatum passim constrictum. Longit. 1—3‴; lat. $\frac{1}{2}$‴.

---

*) Articuli soluti solitarii forma externa et structura interna, capite neglecto, Myzelminthis trematodis, praeprimis Monostomatibus, non absimiles cum illis non raro commutati.

Tetrarhynchus scolecinus *Rudolphi*: Synops. 131. et 455. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 54. Tab. II. 37. (proboscidibus retractis). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 555.

Habitaculum. *Raja Salviani*: ad pinnam pectoralem, folliculo inclusus, Augusto, Neapoli (*Rudolphi*). — *Scyllium Catulus*: in carne praesertim caudae, Julio. — *Centrina Salviani*: prope pharyngem in folliculo, Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

2. Dibothriorhynchus gracilis *DIESING.*

Caput bothriis late ellipticis. *Proboscides* capiti aequilongi. *Collum* cylindricum. *Corpus* sublineare retrorsum increscens, basi rotundatum, passim constrictum. Longit. 2—5‴; lat. $\frac{1}{4}$‴.

Tetrarhynchus gracilis *Rudolphi*: Synops. 132. et 456. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 552.

Habitaculum. *Amodytes Cicerulus*: in intestinis, Julio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

XIV. TETRARHYNCHUS *RUDOLPHI.*

Hirudo *La Martinière.* — Hepatoxylon *Bosc.* — Echinorhynchus *Abildgaard.* — Bothriocephalus *Leuckart.* — Dibothriorhynchus *Blainville.*

Corpus continuum brevissimum papillaeforme. *Collum* longum depressum continuum. *Caput* incrassatum, bothriis duobus lateralibus parallelis septo longitudinali bipartitis. *Proboscides* quatuor terminales armati retractiles, capite breviores. *Os* terminale (?). *Organa* genitalia externa nulla. — In piscium marinorum tunicis ventriculi et ad branchia, rarissime in intestinis.

1. Tetrarhynchus megacephalus *RUDOLPHI.*

Caput conicum, bothriis subovatis callosis. *Proboscides* conici recti. *Collum* retrorsum decrescens rotundatum. Longit. capit. $2\frac{1}{2}$—3‴; lat. ad 3‴; long. colli ad 7‴; lat. 2‴.

Tetrarhynchus megacephalus *Rudolphi*: Synops. 129. et 447. Tab. II. 7. et 8. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 550. — *Blanchard*: in Ann. d. Sc. nat. 3. Série. XI. 132. (de evolut.)

Habitaculum. *Scyllium Catulus*: in abdomine, parieti dorsali adhaerens, Julio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Heptanchus cinereus* et *Scorpaena Porcus*: in abdomine, Panormi (*Grohmann*). M. C. V.

2. Tetrarhynchus discophorus *RUDOLPHI.*

Caput subglobosum, bothriis orbicularibus callosis. *Proboscides* graciles subcylindrici arcuatim incurvati. *Collum* retrorsum attenuatum. Longit. capit. ad 1‴; lat. 1‴; longit. colli 1—4‴; lat. ultra 1‴.

Tetrarhynchus discophorus *Rudolphi*: Synops. 130. et 450. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 551.

Bothriocephalus labiatus *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 51. Tab. II. 31. (bona).

Habitaculum. *Brama mediterranea*: inter tunicas ventriculi et ad branchia, Junio, Neapoli (*Rudolphi*). M. C. V.

3. Tetrarhynchus attenuatus *RUDOLPHI.*

Caput obovato - conicum bothriis conicis. *Proboscides* clavati recti. *Collum* longissimum retrorsum decrescens, interdum transversim rugosum. Longit. capit. 2—3‴; lat. 2‴; longit. colli ad 2″; lat. antice 2‴, post. 1—1½‴.

Tetrarhynchus attenuatus *Rudolphi*: Synops. 130. 449. et 688. — *Müller*: in ej. Arch. 1836. CVI. (anatom.); excerpt. in *Wiegmann's* Arch. 1837. 1. 264.

Bothriocephalus claviger *Leuckart*: Zoolog. Bruchst. I. 51. et 62. Tab. II. 32.

Tetrarhynchus discophorus *Bremser* non *Rudolphi*: Icon. Tab. XI. 14. 15.

Habitaculum. *Xiphias Gladius*: ad branchia (*Fischer* et *Müller*), in abdominis pariete dorsali, Octobri (*Rudolphi*). — *Choryphaena Hippurus*: ad hepar, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

4. Tetrarhynchus grossus *RUDOLPHI.*

Caput ovale, bothriis oblongis angustis callosis. *Proboscides* clavati recti. *Collum* retrorsum increscens rotundatum. Longit. capit. 3—4‴; lat. 4½‴; long. colli ad 12‴; lat. antice 2‴, post. 3‴.

Tetrarhynchus grossus *Rudolphi*: Synops. 130. et 448. Tab. II. 9.—10. (ic. manca). — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 295. — *Drummond*?: in *Charlesworth's* Mag. of nat. hist. II. 572. Fig. 28. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 550.

Dibothriorhynchus Lepidopii *Blainville*: in *Bremser's* Vers de l'homme Append. Tab. II. 8. et: in 2. édit. 519. nota I. Tab. II. 8. (proboscidibus duobus retractis) et: in Dict. d. sc. nat. LVII. 589. — *Guerin*: Iconograph. (Zoophytes) Tab. XII. 4. — *Nordmann*: in *La-*

marck's Anim. s. vert. 2. édit. III. 586. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 553.

Habitaculum. *Lepadogaster Gouani* (*Blainville*). — *Lepidopus argyreus*: in abdomine (*Otto*). — *Piscis gen. dubii* in Japonia (*Tilesius*). — *Salmo* ... in intestino recto, in Hibernia (*Drummond*).

5. Tetrarhynchus solidus *DRUMMOND.*

Caput truncatum, bothriis angustis. *Proboscides* clavati recti. *Collum* antice incrassatum, postice attenuatum, basi rotundatum. Longit. 13‴.

Tetrarhynchus solidus *Drummond*: in *Charlesworth's* Mag. of nat. hist. II. 573. Fig. 29.

Habitaculum. *Salmo* ... in peritoneo et intestino recto, Julio, in Hibernia (*Drummond*).

Tetrarhynchus capite 3‴ longo ac 2½‴ lato, collo crassiusculo 10‴ longo ac 1½‴ lato, inter ovaria Salmonis Carpionis in Islandia a cl. *Kroyer* repertus ac benevole communicatus, probabiliter huc referendus.

Species inquirendae.

6. Tetrarhynchus Squali *RUDOLPHI.*

Caput magnum, bothriis oblongis parvis. *Proboscides* breves. *Collum* depressum retrorsum angustatum acutum. Longit. ultra 1″; lat. antice 3‴.

Hirudinis species *La Martinière*: in Voyage de La-Perouse. IV. 84. Tab. XX. 9. et 10. (mala).
Hepatoxylon Squali *Bosc*: in Nouv. Bull. de la soc. Philomat. 1811. 384.
Tetrarhynchus Squali *Rudolphi*: Synops. 132 et 456.

Habitaculum. *Squalus*... in hepate (*la Martinière*), in ventriculo (*Labilladière*).

7. Tetrarhynchus elongatus *RUDOLPHI.*

Redi: Anim. viv. 158. vers. 235. — *Stenonis*: in Act. Dan. II. Obs. 89.
Echinorhynchus Argentinae *Gmelin*: Syst. nat. 3049.
Tetrarhynchus elongatus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 322.
Tetrarhynchus Argentinae *Rudolphi*: Synops. 458.

Habitaculum. *Scopelus Humboldtii*: in ventriculo, intestinis, cavo abdominis, hepate et testiculis (*Redi*).

8. Tetrarhynchus Morrhuae *RUDOLPHI.*

Echinorhynchus quadrirostris *Abildgaard*: in Dansk. Selsk. Skrivt. I. 38. — *Viborg* Ind. Mus. Vet. Hafn. 244.

Tetrarhynchus Morrhuae *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 324., ej. Syn. 458.

Habitaculum. *Gadus Morrhua* (*Abildgaard*).

** Polyarthra. *Corpus articulatum.*

XV. RHYNCHOBOTHRIUM *RUDOLPHI* charact. emend.

Taenia *Fabricius*. — Bothriocephalus (Rhynchobothrius) et Tetrarhynchus *Rudolphi*. — Bothriorhynchus *van Lidth*.

Corpus depressum taeniaeforme articulatum. *Collum* tubulosum. *Caput* collo continuum bothriis duobus oppositis parallelis aut apice convergentibus, lateralibus. *Proboscides* quatuor terminales filiformes armati retractiles capite longiores. *Os* terminale (?). *Genitalia* externa in articulis posterioribus prominula. — In piscium marinorum tractu intestinali, rarius in organis aliis obvia.

1. Rhynchobothrium paleaceum *RUDOLPHI.*

Caput bothriis subquadratis lateralibus parallelis limbo calloso, apice et basi incurvato. *Collum* capite subaequilongum, cylindricum, corpore latius. *Corpus* depressum, articulis supremis brevissimis, subsequentibus elongato-conicis. *Aperturae* genitalium.... Longit. cap. et colli $1\frac{1}{2}'''$; longit. corp. $2''$; lat. $1'''$.

Taenia Squali *Fabricius*: in Dansk. Selsk. Skrivt. II. 2. 41. Tab. IV. 7. — 12.

Bothriocephalus paleaceus *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 65. ej. Synops. 142.

Bothriocephalus tubiceps *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 27. et 66. Tab. I. 1. (bothriorum ic. haud bona).

Rhynchobothrium paleaceum *Blainville*: in Dict. des sc. nat. LVII. 595. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 546.

Habitaculum. *Acanthias vulgaris*: in intestino magno (*Fabricius*). — *Heptanchus cinereus*: inter valvulas intestinorum. M. C. V.

2. Rhynchobothrium corollatum *RUDOLPHI.*

Caput bothriis obcordatis lateralibus apice convergentibus. *Collum* longissimum depressiusculum, basi incrassatum.

Articuli supremi oblongi marginibus rotundatis, medii rectangulares, ultimi fere triangulares. *Aperturae* genitalium... Longit. capit. et colli...; longit.... corp....; lat.

Bothriocephalus corollatus *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 63. excl. synon. Tab. IX. 12; ej. Synops. 142. et 485. — *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XII. 99. — *Bremser*: Icon. Tab. XIV. 3. et 4. (both. ic. haud bona). — *Leblond*: in Annal. de sc. nat. 2. Série V. 296. Tab. XVI. 6. et 7. (anatom.) excerpt. in *Wiegmann's* Arch. 1837. II. 265. — *Drummond*: in *Charlesworth's* Mag. of nat. hist. II. 656. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 297. — *Mischer*: in Bericht ü. d. naturf. Gesellsch. in Basel. IV. 38.

Bothriocephalus planiceps *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 28. et 66. Tab. I. 2.

Bothriocephalus ruficollis *Eisenhardt*: in Verh. d. Gesellsch. naturf. Freunde in Berlin. I. 151.

Rhynchobothrium corollatum *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVIII. 595. Tab.... 4. — 8. Fig. 2. *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 546. — *Blanchard*: in Annal. d. sc. nat. 3. Série. XI. 129. (anatom.)

Bothryorhynchus articulatus *van Lidth de Jeude*: Rec. de fig. des vers intest. Tab. IV. 7. et 8. (ic. *Bremser*).

Habitaculum. *Raja clavata*: in ventriculo, Armini (*Rudolphi*); *R. Batis*, Parisiis (*Rudolphi*). — *Galeus Canis*, Majo, Romae (*Rudolphi*). — *Squalus Squatina* (*Dujardin*). — *Hexarchus griseus* (*Mischer*). — *Mustelus vulgaris* (*Eisenhardt*): in intestinis crassis. M. C. V.

In specie prima et secunda bothria non quatuor, sed duo lateralia, basi emarginata hinc obcordata a me visa.

3. Rhynchobothrium lomentaceum *DIESING*.

Caput bothriis ovalibus lateralibus apice convergentibus. *Collum* depressiusculum. *Corpus* lanceolatum, articulis supremis brevissimis, subsequentibus brevibus transverse oblongis incisis, marginibus utrinque rotundatis, medio tumidulis. *Aperturae* genitalium... Longit. capit. et colli ad 2‴; longit. corp. $1\frac{1}{2}''$; lat. postice 2‴.

Habitaculum. *Mustelus vulgaris*: in intestino recto, Panormi (*Grohmann*). M. C. V.

4. Rhynchobothrium tenuicolle *DIESING*.

Caput bothriis suborbicularibus lateralibus apice convergentibus limbo elevato. *Collum* longissimum subcylindricum

gracile basi rotundatum. *Articuli* elongati baciliformes, ultimi coarctati facillime decidui. *Aperturae* genitalium... Longit. capit. et colli $2\frac{1}{2}$—$3'''$; longit. corp. 7—$8'''$; lat. $\frac{1}{4}'''$.

Tetrarhynchus tenuicollis *Rudolphi*: Synops. 130. et 451. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 295. nota 34., et: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 149. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 551.

Habitaculum. *Solea Monochia*: in ventriculo, Armini. — *Lophius piscatorius*: in peritoneo, Majo, Romae (*Rudolphi*). — *Hexarchus griseus*: in intestinis (*Otto*). — *Taeniura Motoro*: in intestinis, Junio et Augusto, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

5. Rhynchobothrium caryophyllum *DIESING.*

Caput bothriis suborbicularibus lateralibus antice convergentibus limbo elevato. *Collum* cyathiforme. *Corpus* subaequale lineare. *Articuli* supremi breves, medii subquadrati, ultimi triplo longiores quam lati. *Aperturae* genitalium... Longit. capit. et colli $2'''$: corp. ult. $3''$; lat. $1'''$.

Habitaculum. *Prionodon leucas*: in ventriculo. —. *Scoliodon Lalandii*: in intestinis, Februario, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

6. Rhynchobothrium crassicolle *DIESING.*

Caput bothriis subquadratis lateralibus parallelis, limbo calloso apice et basi incurvato. *Collum* ovato-oblongum retrorsum decrescens. *Corpus* depressum articulis supremis brevissimis, subsequentibus subquadratis longitudinaliter rugosis, linea mediana corpori impressa. *Aperturae* genitalium... Longit. cap. cum collo $3\frac{1}{2}'''$; lat. capit. $1\frac{1}{4}'''$; colli $1'''$; long. corp. $3''$: lat. $1'''$.

Habitaculum. *Oxyrhina glauca*: in testiculis, Panormi (*Grohmann*) M. C. V.

7. Rhynchobothrium crassiceps *DIESING.*

Caput bothriis subhemisphaericis lateralibus convergentibus. *Collum* breve depressum conicum. *Corpus* depressiusculum subaequale, articulis supremis brevissimis, subsequentibus longioribus marginibus posticis resupinatis. *Aperturae* genitalium marginales et laterales. Longit. capit. et colli $2\frac{1}{2}'''$; lat. capit. $2'''$; colli $1\frac{1}{2}'''$; longit. corp. ultra $6''$; lat. ad $2'''$.

Habitaculum. *Lophius piscatorius*: in intestinis, Panormi (*Grohmann*). M. C. V.

Caput illo Tetrarchynchi discophori simillimum, septo longitudinali nullo diversum.

SECTIO II. TETRABOTHRIA. Bothria quatuor.

* Monarthra. *Corpus continuum.*

XVI. TETRABOTHRIORHYNCHUS *DIESING.*

Fasciola *Linné.* — Distoma *Zeder.* — Scolex *Rudolphi.* — Tetrarhynchus *Auct.* — Dibothriorhynchus *Chiaje.* — Corynesoma *Leuckart.* — Amphistoma *Leblond.*

Corpus brevissimum depressum in collum retractile (retractum acetabulum basilare mentiens) continuum. *Collum* longum tubulosum basi rotundatum, depressiusculum (corpore retracto) v. subcylindricum (corpore protracto). *Caput* collo continuum bothriis quatuor, geminis oppositis, antice convergentibus ovato - lanceolatis repandis, dimidii colli longitudine. *Proboscides* quatuor terminales armati cylindrici retractiles, breves. *Os* terminale (?). *Organa* genitalia externa nulla. — In piscium marinorum organis variis, folliculo seu potius sporocystide inclusa, aut libera: pariter in molluscis cephalopodis obvia.

1. Tetrabothriorhynchus migratorius *DIESING.*

Longit. capitis v. collo. 1 — $2\frac{1}{3}$'''; lat....

Sporocystis libera longa filiformis extremitatibus incrassata, stratis concentricis conflata, entozoon trematodum forma et motu simulans. — Pro foetu Anthocephali granuli habuit cl. *Deslongchamps.*

Fasciola barbata *Linné*: Fauna Suec. édit. 2. 505. Nr. 2077., ej. Syst. nat. éd. XII. 1078. — *Fabricius*: Fauna Groenl. 328.

Fasciola Loliginis *Gmelin*: Syst. nat. 3059.

Distoma Loliginis *Zeder*: Naturg. 222.

Dubium Sepiae Loliginis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 285, ej. Synops. 198. (Loliginis vulgaris).

Tetrarhynchus lingualis *Cuvier*: Règn. anim. IV. 46. Tab. XV. 6. et 7. (ic. satis bona). — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helm. 552. — *Creplin*: in *Wiegmann's* Arch. 1846. 151. et 154.

Tetrarhynchus Pleuronectis maximi *Rudolphi*: Synops. 132. et 457.
Tetrarhynchus megabothrius *Rudolphi*: Synops. 130. et 451. Tab. II. 14. (ic. manca). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 551.
Dibothriorhynchus Todari *Chiaje*: Sulla stor. et notom. IV. 152. 192. et 201. Tab. LV. 16. (ic. rudis, proboscidibus duobus retractis).
Corynesoma pellucidum *Leuckart*: in Isis (sporocystis).
Amphistoma rhopaloides *Leblond*: in Annal. des sc. nat. 2. série Zool. VI. 290. Tab. XVI. 1.—3. (de evolutione). — *Deslongschamps* ibid. VII. 294. — *Leblond*: ibid. 251. (sporocystis). — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1837. II. 265. et 1838. I. 306. — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 294. in nota. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helminth. 341.
Tetrarhynchi sp. *Miescher*: in Bericht ü. d. Verh. d. naturf. Gesellsch. in Basel 1840. IV. 25. (de evolutione). — *Siebold*: in *Wiegmann's* Arch. 1842. I. 301.
Tetrarhynchus minimus cysticus *Steenstrup*: Ueber d. Generationswechsel 114. in nota.

Habitaculum. *Trachinus Draco*: in peritoneo, sporocystide inclusus (*Miescher*). — *Mullus harbatus*: ad branchia, libere (*Kollar*). — *Trigla lineata*: in peritoneo, sporocystide inclusus (*Leuckart* et *Miescher*); *T. Gurnardus*: in peritoneo, sporocystide inclusus et in regione cordis libere (*Miescher* et *Mehlis*); *T. Lyra* et *Cuculus*: in peritoneo, sporocystide inclusus (*Miescher*). — *Pelamys Sarda*: inter tunicas ventriculi, Junio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Belone Acus*: in peritoneo, sporocystide inclus (*Siebold*, *Creplin* et *Steenstrup*). — *Merlangus communis* (*Miescher*). — *Rhombus maximus*: in lingua libere (*Cuvier*), cystide inclusus (*Dujardin*). — *Solea vulgaris* (*Mehlis*). — *Conger vulgaris*: ad peritoneum, sporocystide inclusus (*Leblond*). — *Squatina Angelus*..., *Raja clavata*: in intestinis (*Mus. Vind.*). — *Loligo vulgaris*: in intestinis (*Martin*); *L. Todarus*: in abdomine (*delle Chiaje*). — *Sepia officinalis*: inter tunicas ventriculi, Aprili, Armini (*Rudolphi*). M. C. V.

Species inquirendae.

2. Tetrabothriorhynchus Octobodiae *DIESING*.

Redi: Anim. viv. 172. vers 255. Tab. XXIII. 1.
Dubium Sepiae Octopodiae *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 283.
Dubium Polypi vulgaris *Rudolphi*: Synops. 198.

Habitaculum. *Octopus vulgaris*: ad ventriculi superficiem et in carne, sporocystide inclusus (*Redi*).

3. Tetrabothriorhynchus Sepiae officinalis *DIES.*

Dicquemare: in *Rozier's* Obs. de Phys. XXIII. 336. Tab. II. * versio: in *Lichtenberg's* Magaz. II. 79. — 82. cum Tab. *.

Dubium Sepiae officinalis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 284.

Habitaculum. *Sepia officinalis*: in peritoneo (*Dicquemare*).

XVII. STENOBOTHRIUM *DIESING.*

Tentacularia *Bosc.* — Echinorhynchus *Goeze.* — Tetrarhynchus *Rudolphi.*

Corpus brevissimum depressum in collum retractile (retractum acetabulum basilare mentiens) continuum. *Collum* depressiusculum breve. *Caput* incrassatum longissimum, bothriis quatuor lateralibus, binis oppositis parallelis linearibus capiti immersis subaequilongis. *Proboscides* quatuor terminales, armati, retractiles, subcylindrici breves. *Os* terminale?. *Organa* genitalia externa nulla. — In piscium et testudinum musculis variis et inter tunicas ventriculi, in hepate, folliculo inclusa aut libera.

Typus omnino generis proprii; incertum tamen num bothria duo opposita explanata longitudine costata, num quatuor linearia bina opposita.

1. Stenobothrium macrobothrium *DIESING.*

Caput tetragonum antice attenuatum, apice truncatum, transverse rugosum. *Collum* obconicum. Longit. 2—3‴; capit. et colli $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$‴; lat. $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$‴.

Tentacularia Coryphaenae *Bosc*: in Bullet. des sc. nat. II. 9. Tab. II. 1., ej. Hist. des vers II. 11. Tab. XI. 2. et 3. — *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. II. 57.

Echinorhynchus Coryphaenae *Zeder*: Naturg. 160.

Tetrarhynchus papillosus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 320. Tab. VII. 3.—9. (ic. mala).

Tetrarhynchus macrobothrius *Rudolphi*: Synops. 131. 453. et 689. Tab. II. 11.—13. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 52. Tab. II. 33. — *Bremser*: Icon. Tab. XI. 16.—19. (ic. insufficiens). — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 551.

Habitaculum. *Coryphaena Hippurus*: inter tunicas ventriculi (*Bosc*), in Brasilia (*Natterer*); *C. Equisetis*: in cavo abdominis, folliculo inclusus v. libere, Decembri, in Brasilia (*Olfers*). — *Pelamys Sarda*: inter musculos (*Tilesius*), inter tunicas ventriculi, Junio, Neapoli (*Rudolphi*). — *Halichelis atra*: inter tunicas ventriculi, Octobri, Berolini (*Rudolphi*). M. C. V.

2. Stenobothrium appendiculatum *DIESING.*

Caput subcylindricum apice rotundatum. *Collum* cylindricum basi rotundatum. Longit. tot. 3‴; capit. c. collo 2‴; latit. $\frac{3}{4}$‴; latit. corp. $\frac{1}{2}$‴.

Echinorhynchus quadrirostris *Goeze*: Naturg. 165. Tab. XIII. 3—5. — *Schrank*: Verz. 28. — *Gmelin*: Syst. nat. 3049. — *Abildgaard*: in Dansk. Selsk. Skrivt. I. 38.

Echinorhynchus conicus *Zeder*: Naturg. 159.

Tetrarhynchus appendiculatus *Rudolphi*: Entoz. hist. II. 318. Tab. VII. 10.—12. (ic. *Goezei*). Synops. 131. et 454. — *Leuckart*: Zool. Bruchst. I. 55. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 551.

Habitaculum. *Salmo Salar*: in hepate, Martio (*Wagler*); in carne, Majo (*Goeze*). M. C. V.

Specimen Goezeanum in collect. Mus. Caes. servatur.

** Polyarthra. *Corpus articulatum.*

XVIII. TETRARHYNCHOBOTHRIUM *DIESING.*

Corpus depressiusculum lineare articulatum. *Collum* tubulosum. *Caput* bothriis quatuor lateralibus, binis oppositis ovato-lanceolatis subfalcatis basi apiceque convergentibus. *Proboscides* quatuor terminales filiformes armati retractiles capite longiores. *Aperturae* genitalium papillaeformes vage alternae marginales. *Penes* retracti. — In piscium marinorum intestinis.

1. Tetrarhynchobothrium tenuicolle *DIESING.*

Collum capite longius basi parum incrassatum, corpore angustius. *Corpus* lineare retrorsum sensim increscens, articulis supremis brevissimis, subsequentibus longioribus, ultimis $1\frac{1}{2}$-longioribus quam latis. Longit. ad 3″; latit. vix 1‴.

Habitaculum. *Raja clavata*: in intestinis, Augusto, in Dalmatia (*Kner*). M. C. V.

XIX. SYNBOTHRIUM *DIESING.*

Corpus taeniaeforme articulatum. *Collum* tubulosum basi rotundatum. *Caput* tetragonum bothriis quatuor terminalibus liberis cruciatim dispositis, ovalibus convexiusculis, basi mem-

brana junctis. *Proboscides* quatuor, singillatim bothria medio percurrentes apice excurrentes, armati longi retractiles. *Os* terminale ad basim bothriorum. *Aperturae* genitalium... — In piscium marinorum tropicorum intestinis.

Pterobothrio forma capitis simillimum, a quo deficiente colli receptaculo et corpore articulato diversum.

1. Synbothrium fragile *DIESING.*

Articuli supremi subquadrati, reliqui triplo fere longiores quam lati, bacilliformes, facillime solubiles s. deciduae. Long. cap. cum collo 2‴, corp. 8‴; lat. coll. $\frac{1}{2}$‴.

Habitaculum. *Pristis Perottetii*: in intestinis, Martio, in Brasilia (*Natterer*). M. C. V.

SUBTRIBUS II. GYMNOBOTHRIA *RUDOLPHI.*

Corpus taeniaeforme continuum aut annulatim plicatum v. articulatum. *Caput* cum collo v. cum corpore continuum, bothriis 1 aut pluribus (2, 4 v. 8) inermibus. *Proboscides* nulli.

SECTIO I. MONOBOTHRIA. Bothrium unicum.

XX. CARYOPHYLLAEUS *GMELIN.*

Taenia *Pallas.* — Fasciola *Goeze.* — Phyllina *Abildgaard.* — Caryophyllinus *Schrank.*

Corpus continuum elongatum depressum. *Collum* nullum. *Caput* dilatatum fimbriatum, bothrio terminali transverso bilabiato. *Os*... Penis conicus retractilis in postico corporis latere; apertura feminea... In piscium fluviatilium, praeprimis Cyprinorum, intestinis.

1. Caryophyllaeus mutabilis *RUDOLPHI.*

Longit. 1‴ — 1″; lat. $\frac{1}{2}$ — 1$\frac{1}{2}$‴.

Taenia laticeps *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 106. Tab. III. a. — c. — *Gmelin*: Syst. nat. 3081. — *Batsch*: Bandw. 215. Fig. 172. et 173.
Caryophyllus *Bloch*: Abh. 34. Tab. VI. 9. — 13.
Fasciolaria fimbriata *Goeze*: Naturg. 180. Tab. XV. 4. — 5.
Vermis incognitus *Hermann*: in Naturf. XIX. St. 43. Tab. II. 5.
Caryophyllinus communis *Schrank*: Verz. 5., ej. Fauna Boica III. 191.

Caryophyllinus stentorius *Schrank*: Verz. 6.

Caryophyllaeus piscium *Gmelin*: Syst. nat. 3052. — *Rudolphi*: Obs. I. 24. et 25. — *Lamarck*: Anim. s. vert. III. 189. — *Nordmann*: ibid. in 2. édit. III. 633.

Phylline *Abildgaard*: in Dansk. Selsk. Skrivt. I. 30. Vers. 28.

Caryophyllaeus Cyprinorum *Zeder*: Naturg. 252. Tab. III. 5. 6.

Caryophyllaeus mutabilis *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 98., ej. Entoz. hist. III. 9. Tab. VIII. 16. – 18., ej. Synops. 127. et 441. — *Bremser*: Lebende Würm. 65. (de capitis evolutione), ej. Icon. Tab. XI. 1. — 8. — *Creplin*: Observ. de Entoz. 60. — *Blainville*: in Dict. d. sc. nat. LVII. 553. Tab. XLI. 11. — *Nordmann*: Mikrograph. Beitr. 2. Heft. 75. in nota. (anatom.) — *Creplin*: in *Ersch* et *Grub*. Encycl. XXXII. 293. — *Dujardin*: Hist. nat. d. Helm. 630.

Habitaculum *Cyprinus Carpio* et *Leuciscus Jeses* (*Bloch*); *C. Dobula* (*Rudolphi*); *L. rutilus* (*Bremser* et *Creplin*); *L. erythrophthalmus* et *vulgaris* (*Bremser*); *L. Grislagine*, Januario (*Dies.*); *L. Orfus*, Majo (*Dies.*). — *Abramis Blicca* et *Brama* (*Rudolphi*); *A. Vimba* (*Creplin*), Januario (*Dies.*). — *A. Balterus*, Aprili (*Dies.*) — *Tinca chrysitis* (*Bloch*). — *Aspius Alburnus* (*Bremser*); *A. bipunctatus*, Januario (*Dies.*). — *Carassius vulgaris* et *Gibelio* (*Rudolphi*). — *Pelecus cultratus*, Januario (*Dies.*); *P. Marsilii*. — *Rhodeus amarus*. — *Barbus communis*. — *Gobio vulgaris*. — *Chondrostoma Nasus*. — *Cobitis Barbatula* et *Tinca*: in intestinis, omni fere anni tempore vulgaris. M. C. V.

XXI. BOTHRIMONUS *DUVERNOY*.

Corpus continuum elongatum depressum, subaequale, retrorsum angustatum rotundatum. *Collum* nullum. *Caput* continuum, bothrio terminali transverse oblongo apice patente. *Os*... *Organa* genitalia externa unilateralia et uniserialia. — In piscium Americae borealis intestinis.

Singularis bothrii forma marginum coalitu perfecto solummodo forsan explicanda.

1. Bothrimonus Sturionis *DUVERNOY*.

Longit. ad 2″; latit. ad 1‴.

Bothrimonus Sturionis *Duvernoy*: in Annal. d. sc. nat. 2. sér. XVIII. 123. Tab. III. B. 1. — 8. et: in *Froriep's* N. Notiz. XIV. 134. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 628.

Habitaculum. *Accipenser oxyrhynchus*: in intestinis, in America boreali (*Lesueur*).

SECTIO II. DIBOTHRIA. Bothria duo.

* Monarthra. *Corpus continuum.*

XXII. LIGULA *BLOCH.*

Taenia et Fasciola *Auctorum.* — Bothriocephalus *Nitzsch.*

I. Status inevolutus: *Corpus* continuum depressum longissimum, sulco longitudinali medio exaratum. Nec caput nec genitalia conspicua.

II. Status evolutus: *Corpus* continuum depressum longissimum. *Caput* bothriis duobus, lateralibus oppositis sulciformibus. *Os*... *Ovaria* serie simplici v. duplici cum penibus in linea mediana. — In mammalium, avium et amphibiorum strato subcutaneo et in piscium fluviatilium, praeprimis Cyprinorum, cavo abdominis primitive, in avium piscivorarum ingluvie v. intestinis cum illis postmodum translata et in vario gradu evolutionis detenta.

1. Ligula monogramma *CREPLIN.*

Corpus continuum hinc inde transverse rugosum. *Ovariorum* series solitaria continua v. alternatim interrupta. Long. $\frac{1}{2}$—5′; lat. 3‴—1″.

Statu inevoluto: Taenia Cingulum *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 100.
Ligula abdominalis (Carassi) *Gmelin*: Syst. nat. 3043. — *Zeder*: Naturg. 262.
Ligula constringens *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 22.
Ligula simplicissima (Carassi) *Rudolphi*: Synops. 134.

Habitaculum. *Carassius vulgaris*: in abdomine, vario anni tempore.

Statu evoluto: Fasciola Colymbi Immeris *Viborg*: Ind. Mus. Vet. Hafn. 241.
Ligula simplicissima *Rudolphi*: in *Wiedemann's* Arch. III. 1. 99.
Ligula Colymbi *Zeder*: Naturg. 266. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 26.
Ligula Colymbi Immeris *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 27.
Ligula sparsa *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 16., ej. Synops. 133. et 462. Tab. III. 1. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 629.
Ligula uniserialis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 12. Tab. IX. 1., ej. Synops. 132. et 459. — *Bremser*: Icon. XI. 20. et 21. — *Dujardin*: Hist. nat. des Helminth. 628.
Bothriocephalus semiligula *Nitzsch*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XII. 98.
Ligula monogramma *Creplin*: in *Ersch* et *Grub.* Encycl. XXXII. 295.

Habitaculum. *Falco chrysaetos* (*Braun*); *F. Albicilla* (*Bremser*). — *Ciconia alba* (*Hildebrandt*). — *Ardea Nycticorax* et *alba*. — *Totanus Glottis*. — *Sterna Hirundo* et *nigra*. — *Colymbus septentrionalis* et *arcticus*. — *Podiceps cristatus* et *rubricollis*. — *Anas Boschas fera*: cum piscibus depastis in intestina translata, vario anni tempore. M. C. V.

2. Ligula digramma *CREPLIN.*

Corpus continuum passim transverse rugosum. *Ovariorum* series duae alternantes v. interrupte oppositae. Long. 1—1½″ et ultra; lat. 3—6‴.

Statu inevoluto: Taenia *Geoffroy*: in Hist. de l'Acad. des sc. à Paris 1710. Amstelod. 1713. 50.

Taenia Cingulum *Pallas*: N. Nord. Beitr. I. 1. 95.—97.

Taenia *Frisch*: in Miscell. Berolin. III. 43. et: Taenia capitata *Frisch*: ibid. VI. 121.

Fasciola intestinalis *Linné*: Syst. nat. édit. XII. 1078.

Fasciola abdominalis *Goeze*: Naturg. 187. Tab. XVI. 4.—6. et 189. Tab. XVI. 7.—9.

Ligula piscium *Bloch*: Abhandl. 2. et: in Beschäft. Berlin. naturf. Fr. IV. 549. — *Schrank*: Verz. 3., ej. Fauna Boica III. 188. — *Frölich*: in Naturf. XXIV. St. 123.

Ligula Peteromyzontis *Schrank*: in Vet. Act. Nya Handl. 1790. 119., ej. Fauna Boica III. 187. — *Zeder*: Naturg. 264.

Ligula Salvelini *Schrank*: Bayer. Reise. 142. — *Zeder*: Naturg. 262.

Ligula abdominalis (Vimbae, Bramae, Gobionis, Alburni, Leucisci et Cobitidis) *Gmelin*: Syst. nat. 3043. — *Zeder*: Naturg. 263. 265. et 266.

Ligula Tincae *Zeder*: Naturg. 265. — *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 30.

Ligula contortrix *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 18.

Ligula Cingulum *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 20.

Ligula acuminata *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 24. — *Nordmann*: in *Lamarck's* Anim. s. vertèb. 2. édit. III. 590.

Ligula Cobitidis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 28.

Ligula Salvelini *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 28.

Ligula Wartmanni *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 29.

Ligula Carpionis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 29.

Ligula Gobionis *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 30.

Ligula Alburni *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 31.

Ligula Leucisci *Rudolphi*: Entoz. hist. III. 31.

